

U. q. 17, 14



16
ADSPIRANTE SS. TRIADIS LUMINE,
MAGNIFICO JCTORUM IN ILLUSTRIS-
SIMA PROPE SALAM ACADEMIA ORDINE
INDULGENTE,
PRÆSIDE

VIRO
PRÆ-NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
CONSULTISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

DN. ERNESTO FRIDERICO

Schrötern/Hæreditario in Wickerstädt/ Jcto

& Antecessore Famigeratissimo, Consiliario Saxonico

Eminentissimo, Curix Provincialis, Facultatis Juridicæ

atque Scabinatus Adfessore gravissimo,

Patrono & Doctore suo sanctè devenerando,

DISCURSUM JURIDICO - POLITICUM

DE

CIVILI NOBILIVM

STATU, EORUMQUE JURI-

BUS AC PRIVILEGIIS

publicæ ERUDITORUM Censuræ

submittit

CHRISTIANUS Widemann,

Gorlitzio - Lusatus.

AUTOR.

M. April. A. O. R. M. DC. LXXVII.

In Fano Themidi consecrato.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISL.

ILLUSTRIBUS,
GENEROSISSIMIS,
nec non
MAXIME REVERENDIS, NOBILISSIMIS,
ET SUMME STRENUIS DOMINIS,
DOMINIS

PROCERIBUS ET
ORDINIBUS PROVIN-
CIALIBUS

Ex superioris Lusatiae Circulo
Gorlicensi Spectatissimis,
Dominis suis & Patronis po-
tentibus,

*Hunc Juris publici & privati Discursum
debite honoris & observantiae cultu*

Dat Dicit Dedicat

AUTOR.

PRO.

PROCERES & ORDINES GE-
NEROSISSIMI &c. &c. &c.



Non me fugit PATRIA Ejusq; Pie-
tas, quâ devinctus primitiis his A-
cademicis publicis, publicum ob-
servantiæ signum deponere spero;
non me fugit *Vestrarum Heroicarum*
Virtutum splendor, quo tota nostra terra *Lusati-*
ca superbit; nec mihi ignota est tam Illustris
& præclara *Vestra Scientia & Prudentia*, quibus
Provincialem nostram *Lusatiam* felicissimâ gu-
bernatione regitis. Vos igitur omnes in hoc
excelso Virtutum gradu constitutos; Vos, in-
quam, omnes Generosissimis & Nobilissimis
Familiis præfulgentes debitâ mentis submissio-
ne deveneror. Adscendi sublime Nobilitatis
fastigium; adoravi suprema virtutum *Numi-*
na, Numina, inquam, terræ quâ potui animi e-
ruditione fulgentibus & imperantibus Scep-
tris detexi; lustravi simul media Nobilium subse-
lia, nec Provinciales Nobiles dereliqui. Quam-
obrem *Proceres & Ordines Generosissimi* majori in-
dulgentiâ & serenitate accipietis illud, quod
summâ venerantiâ Vestram Nobilitatem cele-
brat, quod totum nostræ Civilis Nobilitatis

Theatrum tanquam in Speculo *Vobis* repræsentat: hanc enim ob causam intrepidi animi constantiâ è vestigio disposui, hunc animi foetum, hos Academicorum studiorum primos fructus *Vestris Generositatibus* consecrare. Et quibus aliis? Nullis enim adeo teneor Patronis & Mæcenatibus, nullis aliis debeo ingenii mei fructus, nullisque aliis devoveo meorum studiorum tenuitatem, quàm *Vobis, Patronis Potentibus & Gravissimis*; à quibus multa beneficia, licet mediata, brevi tamen temporis spacio in immediata degeneratura, profluxère: quiq; fecunda ingenia ad Reipublicæ salutem prompta in studiorum suorum tractatione & sublimiorum continuatione corroborant. Permittite igitur Discursum hunc à materiâ Illustrem, *Illustri Vestrarum Generositatum Coronâ* ornare, patrocinari; Concedite durabilem Virtutum Vestrarum Serenitatem, eminentemque earum, *Magnificentiam*; quâ fretus, in omni tempore audiar

Plaudite, Valete.

VESTER Observantissimus

CHRISTIANUS WIDEMANNUS.



Q. D. B. V.

DISCURSUS POLITICO-JURIDICUS
DE
CIVILI NOBILITUM STATU
EORUMQUE
JURIBUS AC PRIVILEGIIS.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Nobilitas descendit à Jure Gentium,



I ad sacrum splendidæ Nobilitatis fontem recurrere volumus, necesse est, Jus Gentium respiciamus. Jure enim naturali pari sorte & gradu incedimus: cum illo jure omnes liberi nascerentur, nec esset servitutis & libertatis gradus *pr. Inst. d. Libertin.* multominus Juri Civili originem attribuire possumus, cum de Essentia Nobilitatis materiali inquirimus. Largimur illi Juri accidentalem formam; præterea nihil: cum & Jus Rom. Nobilitatem à Jure Gentium repetere necesse habuerit, formamque externam induere publica utilitas suaserit. Licet contra sentiant Pruckmann. *in suis Observationibus c. 4. observ. 4. num. 12. & seqq.* item Matth. Steph. *de Jurisdic. l. 2. P. 1. c. 7. membr. 2. n. 14. & alii*, qui etiam solidissimis argumentis à Cl. Limnæo refutantur. *Lib. VI. Jur. Publ. c. 1. num. 23. & seqq.* Jure autem Gentium Dominia distincta, Regna condita, discretæ Gentes, bella introducta *l. 5. ff. de Just. & Jur.* Ex bellis orta servitus, ex servitute manumissio,

A 3

EX

ex manumissione libertas. l. 4. ff. de Just. & Jur. Hinc summa
hominum divisio nata, quod aut sint liberi aut servi *pr. Inst. de Jur.
Person.* Servi nullum caput seu communionem Juris Civil. ha-
bebant, pro nullis aestimabantur, & rebus dominorum annume-
rabantur. Liberi autem inæstimabili sua libertate fruentes pro
sua genii qualitate & generositate quidam adspirabant ad subli-
miorem vitæ statum à plebe non aliter, quàm Virtutis stellâ di-
scriminati: quidam depressi magis sui animi sorte, quàm exter-
nâ injuriâ, culpâ potius abjectæ suæ mentis, quàm sententiâ ad
plebis fæcem damnati. Hinc egregiè Barclajus in suo Euphor-
mione: *Hoc, inquit, præcis temporibus unicum remedium erat e-
mergendi è latebris vulgi, cum omnes initio pares Natura jussisset.
Si quis ingenio & prudentia pacaverat incitate multitudinis violen-
tiam, si quis exteris gentibus suassisset aut societatem si integra, aut
servitutem, si non nihil attritis rebus affligebantur, illi statim merita
Nobilitatis insignia publici consensus deferébant: Illum disciplina
militaris, illum machinarum peritia; Virtus omnes evehebat.*
Hinc conspicimus distinctos à Jure Gentium populos, quorum
alii Nobiles alii ignobiles dicuntur. *arg. §. 5. Inst. de Jur. Person.*
Quoniam igitur Stellam Nobilitatis à Jure Gentium accepimus;
non efficiunt nostræ sententiæ objectiones quædam: 1. Si à Jure
Gentium descendit Nobilitas, necesse est omnes quoque gentes
ea uti: Jus enim Gentium definitur quod sit Jus quo gentes hu-
manæ utuntur. *l. 1. §. 4. ff. de J. & J.* Verum R. I. Neg. Con-
sequentiam non omne quod descendit à Jure Gentium singulæ
gentes observant: Induciarum, Fæderum itemque legationum
Sanctitas descendit à Jure Gentium. E. apud omnes Gentes san-
ctè observatur; quid Turca quid Persa quid M. Mogulus & M.
Czar curant publicarum conventionum vel fidei datæ inviolabi-
litate nisi ad status sui conservationem. 2. Nobilitas consistit
in virtute, quâ moratiores tantum gentes utuntur: & infaniores
ab hac excluduntur. 3. Resp. Non negandum sed concedendum
esse, aliqualem Nobilitatem etiam apud Turcam, Persam aliasq;
barbaras gentes obtinere; cum naturalis ratio planè suadeat,
strenuos Reip. defensores præmiis afficere, secus indefensa ma-
neret Resp. Cl. Limn. J. P. lib. 6. c. 1. num. 28. Obj. 2. quod De-
mocrata

mocratia Nobilitatem non patiantur. Resp. Democratici habent supremam Legem: Aequalitatis conservationem & Communem utilitatem; cum autem Nobilitas præ se ferat aliquam eminentiam & prærogativam; hæc autem maximè obfit, & planè contrarietur eorum statui, necesse est ad conservationem sui statûs illam rejicere: exosus enim titulus Nobilitatis Democraticis est, ut olim Romanis Regibus: Exemplo hodiè sunt Confœderati illi fœdere Symmachico Suizeri, qui ad tuendam suam Democraticam libertatem satius ejurant Nobilitatem, æqualitati litantes, quam inæqualitatem minantem sui status mutationem, admittant. Hæc igitur in re distinctionem, ad plerasque objectiones refutandas, quæ aliàs exquisitiore doctrinæ gratia juri naturæ competit, Juri Gentium accommodare non incommodum videtur: quâ inter Jus Gentium præceptivum seu positivum, quo jure veniunt contractus & conventiones publicæ constituendæ, & permissivum, quo jure non solum fœderum, legationumque constitutarum sanctitas veneratur, sed & Nobilitatis dignitas distribuatur, distinguere possumus.

Habemus itaque ab altâ antiquitate gloriantem, à Virtutis Elevatione triumphantem Nobilitatem; atque ita neglecto ignobilium discursu, ad nobilitatis splendidum theatrum ascendemus, Eminentissimam Nobilium Coronam explicabimus; Eorumque jura & privilegia deinde pro animi viribus summâ veneratione decantabimus.

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Nobilis non dicitur quasi non bilis, neque quasi non vilis, neque quasi nobis lis; sed dicitur Noscibilis. 2. Vox Nobilis sumitur vel latè vel strictè. 3. Nobilis differt ab equite.

Varia quandoque & ridicula in expiscandis verborum originibus & derivationibus est hominum opinio: & miror quosdam Viros, qui in explicandis vocum natalibus suam humanitatem magis reliquerunt, quam laudem deportarunt. Igitur laureolam aliquam in mustaceo quærere video operæ precium esse. Quidam sibi persuadent, quod nobilis dicatur quasi non bilis,
h. e.

h. e. quod nobili non conveniat bilem se exhibere & morosum, sed humanum & mansuetum: nam quo quis elatior est, eo humilior esse debet: & nullum magnitudinis certius signum est, quam non moveri, ideo videmus, quod hoc argumentum natura quasi indiderit magnis feris, quod latratus canum non current, imò ne quidem exaudiant.

Alii hoc vocabulo sic ludunt, quod nobilis sit dictus quasi non vilis per *auth. praesides pr. C. de Episcop. audient. l. 34. C. de decurion.* in quibus text. sibi invicem opponuntur viles & nobiles, & per *Nov. 90. c. 1.* in qua viles & ignobiles æquiparantur; atque ita sit dictus nobilis quasi non vilis i. e. non ignobilis. Aliis, & quidem injuriantibus placet, quod nobilis dictus sit quasi nobilis, quæ derivatio primæ contrariatur; quod scil. nobiles communi superbiæ vitio laborent, & nixi suâ dignitate, nil nisi rixas, fulmina, & lites spirare possint, atque ita nobilibus ab horoscopo & synastria innatus sit animus litigandi. Sed insana derivatio; est enim Contradictio in adjecto, nobilem & vitiosum esse: Virtus enim non vitia in nobilem cadunt, nec majorum famâ & genere dignus, imò planè exuendus, qui à Majorum Virtute degenerans, nævum suo generi inurit. Sed spurias has natales meritò rejicimus. Ego à partibus eorum sto, qui nobiles à noscendo dictos putant; quasi noscibiles, propterea, quod in Republ. præ aliis virtute sua clareant, & κατ' ἐξοχήν conspicui sint. Mecum sentiunt Cl. Dominus Limneus *lib. 6. f. P. c. 1. num. 5.* Matth. Steph. *lib. 1. de Nobil. Civ. c. 1. num. 3.* Tiraquell. *de Nobilit. c. 2. num. 3.* Joh. Raynand. *de Nobil. num. 5.* Josias Nolden. *de stat. nobil. Civ. c. 1. §. 7.* Siebenthal. *Colleg. Polit. Diss. X. th. 1. §. c.* Germanis dicitur ein Edelmann ex simplici voce Adel & Mann compositum: vel Edelmann descendens à Græca voce ἀεθλις bene meritum vel præmio affectum notans. Præterea Germanorum moribus nobiles vocantur etiam Junckern quasi junge Herrn non respectu ætatis, sed respectu majorum dominorum, juniores, i. e. minores Domini; vocantur etiam Gentiles, Geschlechter. Gallis Nobiles sunt Gentilhommes à gente seu familia, quod hi nativitatem suam à sanguine plebejo illibatam conservant.

Porro

Porro vox Nobilis à Jctis & Publicistis sumitur vel in latiori vel strictiori significato. Eo nomine venerantur omnium Ordinum Domini & Principes seu rerum potentes, qui κατ' ἐξοχήν Nobiles vocantur; licet autem hodiè Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones sublimiori titulo salutentur, attamen appellatione Nobilium comprehenduntur, ut etiam ex Antiquitate edocemur. Quapropter Henricus IV. Borbonicæ lineæ Caput Anno 1596. in Comitibus Rhotomag. eleganter & prudenter dixit: De ma brave & genereuse Noblesse, je ne distingue point mes Princes, pour être nôtre plus beau tiltre Foy de Gentilhomme. (a) Idcirco olim Majores Nobiles, ut sunt Duces, Comites, Barones vocabantur Wohl/Edle/Edle Herren / Minores autem & in specie Nobiles Edle Ritter und Knechte. (b) Ut & Pontifices non aliter Duces, Marchiones &c. appellant: Gregorius IX. Marchionem Misnensem, Innocentius III. Ducem Corinthiæ, Paulus V. in Epistola gratulatoria Bavariæ Ducem Maximilianum, Nobiles Viros salutant. (c)

Licet autem hi majores Nobiles in majori fastigio collocati sint cæteris, tamen utuntur iisdem privilegiis strictè nobilibus concessis: (d) quod verum est quoad favorabilia, non item in odiosis: (e) Strictiori significato Nobiles intelliguntur, qui proximi sunt à Baronibus, & simplices Nobiles vocantur. Hi autem simplices privilegiis & dignitate differunt ab Equitibus: quam & in multis conveniant. Nam eques non procreat equitem, non est dignitas hæreditaria per se, ut apud Nobiles, sed est privilegium personale, & ad hoc requiritur, ut ad Doctoratum solennis actus: etiam Imperator quæ Imperator & omnes Reges quæ Reges Equites non sunt, licet summum dignitatis gradum habeant, sed Equites se creari ab alio patiuntur. (f)

(a) *Histoir. des dernier. troubl. de France Lib. 5. p. 68.*

(b) *Jofias Nolden. de stat. Nobil. Civ. c. 1. n. 4.*

(c) *Reink. de regim. secul. S.R. 1. lib. 10. Class. V. cap. 11. n. 8. 9.*

(d) *Tiraq. de Nobilit. c. 6. n. 52.*

(e) *Henning. Gæd. Conf. 39. n. 23.*

(f) *Vid. Cl. Limn. J. P. lib. 6. c. 2. n. 8. & seqq.*

CAP. III.

ARGUMENTUM.

1. Nobilitas definitur.
2. Definitio explicatur.
3. Nobilitas respectivè potest dici quod sit juris Civil. licet nativitate sua sit juris Gentium; quod probatur.
4. Nobilis in qualibet provincia nobilis quidem est, sed in qualib. provincia jure naturalisationis non gaudet.

B

Ut

UT Caput Discursui huic sine ulteriori morâ imponam, ad ipsam Nobilitatis definitionem me accingo. Est itaque Nobilitas dignitas *l. 1. C. de Prætor. l. 1. C. de Consul.* qua quis à Principe ob insignes Virtutes & benè merita Reipubl. plebeja conditione legitimè eximitur.

(a) *Tiraq. de Nobil. c. 6. n. 4.*

Dixi I. quod sit dignitas; nempe à Virtute profecta atque ita est bonum mixtum, ut ex Ethicis constat, respectu enim dignitatis simpliciter est externum fortunæ bonum; (a) resp. verò virtutis est internum animi bonum; & hoc fundamento nititur Nobilitas hæreditaria; nam bona externa non possunt per Nativitatem propagari: secus tamen in bonis internis; atque ita Majores Nobilitatem, ut bonum Virtute & dignitate conflatum, per virtuosi sanguinis flumen transferunt ad posteros, tanquam Lunæ certos æmulos, qui iterum infusum Virtutis lumen cum radiis h. e. dignitate continuâ serie in immortalia posteritatis semina spargent.

(b) *Pruckm. in tract. de Regal. §. soluta potestas. c. 4. obs. 4. n. 12. & seqq.*

Dixi II. Legitimè, i. e. secundum leges & consuetudines cujuscunque loci seu regionis. Nobilitas enim respectivè est juris Civ. uti eleganter demonstrant Dn. Pruckmann. Herm. Vultejus, Matthæus Stephani. (b) quoad formam externam, solennitates & singularia privilegia, argumento Nuptiarum, Contractuum & testamenti. Nam quoad Essentiam materiale uti sub Origine Nobilitatis dictum, nunquam largior Juris Civilis esse, sed Juris Gentium Nobilitatem, cum & ex SS. Oraculis constet apud Judæos & reliquas Gentes fuisse gradus: ut quidam essent altioris, quidam inferioris subfellii, Nobiles & ignobiles. Apud Græcos etiam olim ante Jus Rom. Nobilitas aut à stirpe Regum aut Heroum deducebatur, aut qui ob res tum à se, tum à

(c) *Bodinus de Rep. c. 8. p. 550.*

majoribus præclarè gestas publico decreto coronam auream, immunitates, statuas, primos confessus & similia consequebantur, ut testatur Bodinus, (c) quo loco etiam varias populorum solennitates & mores circa Nobilitatem refert. Hoc sequeretur, si juri Civ. nobilitatis essentialia adscribere vellemus, quod Nobilis in hoc regno in altero non pro nobili æstimaretur: (d) Verùm de Jure Gentium venit, ut mutuo populorum consensu, & quâdam tolerantia Nobilem in qualibet externa Provincia pro nobili

(d) *Fritz. Conclus. 3. de Nobilit. Civ.*

nobili reputent; secus autem si Germani nobiles tales apud Polonos non essent, eveniret jure retorsionis, ut nec Polonos in Germania nobiles dici paterentur. *arg. tit. quod quisque juris in alium statuer. ipse eod. utatur: aliter sese res habet cum jure naturalisationis, quo Germaniæ Nobiles in Polonia & contra Polonia nobiles in Germania non gaudent.*

CAP. IV. DE CAUSA EFFICIENTE.

ARGUMENTUM.

1. Imperator habet Jus creandi Reges, Archiduces, Duces, Comites, Barones & simplices Nobiles.
2. Nobiles mentis & gentis præferendi Nobilibus mentis tantum.
3. Rex Rom. creat Comites, Barones & Nobiles.
4. Comites Palatini sine expressa indulgentiâ non habent Jus nobilitandi.
5. Comites Palatini Rheni ex speciali concessione habent Jus Nobilitandi Comites, Barones & Nobiles.

CAUSA Efficiens Nobilitatis est ille, qui Jus nobilitandi habet: Talis est in Imperio nostro (cujus etiam respectu totus hic discursus instituitur) Imperator noster Romano - Germanicus semper Augustus *l. quoties 3. §. viros c. ubi Senat. vel Clariss. l. 3. C. de Consul. & non sparus ab his pec. l. 2. l. fin. ff. de natal. rest. l. 6. ff. ad L. Jul. ambit. qui & ideo in jure nostro Nobilissimus dicitur l. quæris. 3. ff. de natal. rest. l. 15. C. de pact. l. 7. C. de his qui admitt. ad bon. poss. de cujus fulgore throni Cæsarei, velut ex sole radii sic omnes prædeunt dignitates; ut generosè & Majestatis verbis Fridericus II. in Privilegio Austriae Duci dato dicit. Est enim Culmen Nobilitatis (a) Vastissimum dignitatum æquor, ex quo & in quod omnes fluunt dignitates; (b) imò Mundi Dominus. *l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. & l. 1. C. de summ. Trin.* qui ipso electionis jure suprema omnia jura supremi Principis nanciscitur: (c) atq; cum juribus summam Majestatem, (d) cui ne quicquam obest, quod electus summo Pontifici fidelem se Ecclesie Romanæ futurum promittat, cum tanquam supremus Ecclesie Advocatus, non ut vasallus protectionem polliceatur (e) uti patet ex Constitut. anni 1552. §. und nachdem wir. Imperator igitur*

(a) *Castal d. de Imper. quest. 3 in pr.*

(b) *Bald. in a. un. §. judices. de pace juram. firm.*

(c) *Paurmeist de jurisd lib. 2. c. 4 n. 52.*

(d) *Reink l. Claf. 3. c. 11. u. 1. l. n. 4. Becker Synop. Jur. P. lib. 2. c. 4.*

(e) *Becker. Syn. J. P. lib. 2. c. 4. Braut lach. lib. 5. c. 6.*

Roma. 6. §. 6.

Romano-Germanicus vigore suæ Majestatis, ex qua illi Regalia majora & Jura Summi Imperii (quæ Germani *Kaiserliche Hoheiten und Reservaten* appellitare solent) competunt, Reges, Archiduces, Duces, Comites, Barones & simplices Nobiles creat; non infimum solum dignitatis gradum, sed etiam supremum, Regiam dignitatem conferre dicitur.

Reges Daniæ cum essent Marchiones, ut & Germanica vox *Dennemarck* indicat, ab Imperatore Friderico Barbarossa Regium titulum acceperunt, sicuti Bohemiæ & Poloniæ Duces ab Imp. ad regiam dignitatem eVecti. Furgundiæ verò & Florentiæ Ducibus M. titulum regium à Majestate Imperatoria petentibus denegatum fuisse legimus.

Albertus I. ab Imp. Rudolpho I. Habsburgica lineâ orto, & Austriacæ autore, Patre suo primus sub titulo Archiducatus, Austriam (cum ea legitimo hærede destitueretur) accepit, per quem tota illa augustissima familia propagata est. (f) Creat & Comites, Barones, Nobiles, ita ut ad ludos equestres admitti possint; cum honor sit Civilis, & dependens à sua Majestate, circa quem Imp. dispensare pro lubitu potest. (g) Non tamen potest solus noviter sic creato Principi, Comiti aut Baroni invito Principum Collegio dare sessionem in Comitibus, quod probatur per Capitulationem Leopoldi *artic. 44.*

Quoad igitur hos novos homines seu Nobiles simplices; tenendum, quod illi, qui ab Imp. immediatè ob insignia Virtutum monstra (h) & bene merita Reipubl. non divitias evehuntur ad Nobilitatis dignitatem, Nobilibus genere æquiparentur: cum utrique suam dignitatem ab Imperatoria Majestate collatam gloriantur, atque etiam magis clausula privilegio inserta ostendat: *Allermassen und Gestalt/ als wann sie von ihren Ahnen/ Väter, und Mutter-Geschlechtern beyder seiten / recht Edelgeborne Leuhens Turnier-genossen/ und Rittermäßige Leute geböhren worden.* (i)

Verùm præferendi meritò nati nobiles, si majorum Virtuti suam addant, armis vel litteris claritatem adeptis. Hæc enim est perfecta & genuina nobilitas; & virtus in antiqua nobilitate fulget velut gemma in auro. (k) Nobilitas autem concessa, ex persona concedentis omnium est nobilissima, & præfertur omnibus

(f) Paurmeist
de jurisd. lib.
2. c. 9. n. 3. My-
raus de reb.
Bohem. c. 15.
(g) Becker.
Syn. J. P. lib.
2. c. 4. §. 8. Da-
niel Ortho. cap
XI. p. m. 334.

(h) Florus lib.
1. c. 10.

(i) Fritz. Con-
clus. 20.

(k) Reirk. I.
Class. V. c. 10.
19.

bus aliis, quæ profluunt à Regibus. (l) Eò enim major habetur (l) *Tiraq. de Nobilit. c. 6.*
Nobilitas, quo major concedens est. (m) Imp. autem noster *N. 7.*
omnibus Regibus præfertur, post Deum secundus est, inter mor- (m) *Fofias*
tales maximus, (n) atque ita Nobiles in Imperio nostro præfe- *Nold. c. 2. n. 35.*
runtur & præcedunt suâ dignitate omnes alios Nobiles extra Im- (n) *Limn. F.*
perium. *P. lib. 2. c. 7.*

In hujus Capitis Discursum etiam se offert Rex Romano-
rum, qui vivo Imp. vel consentiente vel reclamante ad sui suc- (o) *Limn. F.*
cessorem eligitur, (o) [quem an è re Reipubl. nostræ sit constitui *P. lib. 2. c. 15.*
vid. Becker. (p)] estque perpetuus Imperii à Lege Vicarius: (q) (p) *Becker.*
de quo Quæstio est: An jure proprio Jus nobilitandi habeat? *Syn. F. P. lib.*
quod Affirmatur, tum ex Regiâ sua absoluta dignitate, tum ex *2. c. 6.*
propriâ Jurisdictione, tum potius ex Recessu Imperii *de Anno*
1548. §. 66. *Wiewohl auch in der Ringerungs-Handlung/ daß die*
Graffen und Herren/so küniglich ihre dignität erlanget/sollen in re-
cognitionem præminentia, so sie von uns und unsern freundli-
chen lieben Bruder dem Römischen Kénig empfangen / auch in die
Anschläge des Reichs gezogen werden/&c. (q) *Limn. F.*
P. lib. 2. c. 15.
n. 34.
Becker. Syn.
F. P. lib. 2.
c. 6.

Quoad Comites Palatinos; quid de illis dicendum:
An etiam habeant Jus Nobilitandi? Pugnant inter se Dd.
Quidam putant Imp. mediatè per Comites Palatinos Nobiles
creare. *arg. l. 2. §. omnia. C. de vet. jur. enucl.* quicquid nempè
per alios Princeps facit, per se fecisse existimandus. Quidam
contrariam affectant sententiam. Cum hoc jus Nobilitandi sit
reservatum Principis, nec temere aliis indulgendum; & 2. con-
cessi Juris hujus rari actus adsint. (r) Ego ex Cl. Franckensteinii (r) *Fofias Nob-*
Collegio Juris Publ. à me Lipsiæ frequentato, in hanc opinionem *den. c. 2. n. 22.*
lapsus sum: Comites Palatinos ex indulgentia Principis Jus in-
signia conferendi quidem habere: sed de jure Nobilitandi du-
bitandum, nisi illis ex singulari & extraordinaria gratia ab Imp.
in suo diplomate expressè sit attributum; quod autem citra ex-
hibitionem concessi hujus ingentis privilegii non credendum.
arg. l. fidejussores. §. pro Aurelio. ff. de fidejuss. &c.

De Comitibus Palatinis Rheni aliter sentiendum, quibus hoc
ab Imp. specialiter concessum, ut non solum possint creare nobi- (s) *Cl. Limn.*
les, verum etiam Comites. (s) *lib. 3. c. 9. m. 22.*

CAP. V.

ARGUMENTUM.

1. Pontifex Romanus habet Jus nobilitandi in suis Provinciis : & quæ illæ Provinciæ. 2. Omnes Reges in suis regnis. 3. Omnes superiores non recognoscentes. 4. Electores an habeant Jus nobilitandi in medio relinquatur. 5. Archiduces Austriæ habent Jus Nobilitandi in suis Provinciis ; non autem per totum Imperium. 6. Crimine læsæ Majestatis reus, qui hoc jus falso adsumit. 7. Jus nobilitandi potest acquiri per præscriptionem immemoriam.

Pontifex Romanus, arrogans sibi duplicem Monarchiam, spirituales & seculares, ut ex suis sophismatibus Politicis sub prætextu Ecclesiæ libertatis constat, non hoc jure privandus est, quippe qui in suis Provinciis perverso quidem jure acquisitis, summum Imperium habet, & Legibus Civilibus solutus est. (a) Constat autem suum Dominium seculare 1. in Italiæ parte, (aliàs Patrimonia Petri) fictæ donationis titulo à Pipino & Carolo M. persuaso, affecta & occupata. 2. In parte Hetruriæ à Ducissa potentissima, Matildis nomine, institutionis titulo Papæ, injuriâ contra Cæsarem, relicta. 3. In parte Regni Burgundici, quæ dicitur Avenionensis Comitatus d. quo vid. Conring. *de finib. Imp.* 4. In Regno Neopolitano : cujus Dominus directus Papa, Vasallus Hispaniæ Rex est. In his igitur terris illi subjectis, ut Principi ac Domino superiorem non recognoscenti, Pontificem M. venerandum illum antiquum Patrem Patrum majora Regalia & consequenter Jus Nobilitandi habere, non est dubium, licet de facto, ut omnia suprema Jura & prætensiones ad totum Imperium, imò ad universam Europam (ulterius progredi non possum,) ita & hoc extendere velit. (b)

II. Rex quilibet in suo Regno ex Majestate & plenitudine suæ potestatis. (c) Habetur enim pro Imp. Monarcha & toto continente, (d) quia idem in Regno suo, quod Imperator in Imperio potest. (e) Quod & dicendum de Rege Bohemiæ in suo Regno & incorporatis regionibus, Moravia, Silesia, Lusatia; quæ tamen à Bohemiæ Regno Anno 1635. per Pacificationem Pragensem avulsa, & Sereniss. Electori Saxonie Joh. Georgio I. in

ater.

(a) Nobiliss.
Carpz. ad L.
Reg. cap. 13.
sect. 4. n. 17.
seq.
Christ. Besold
Dissert. de
Majest. c. 2.
n. 2. fin.

(b) Cl. Conring. in Col.
leg. Rerum.
publ. de Monarchia Pa.
pali vid.
(c) Matth.
Steph. de juris.
lib. 2. p.
1. c. 2. n. 18.

(d) Josias Nold
c. 2. n. 6. & i.
bi alleg.

(e) Cl. Linn.
lib. IV. 1. Part
VIII. n. VI.
Carpz. ad L.
Reg. c. 1. sect.
13. n. 4. &
seqq.

æternum patrimonium cessa est; ut hodiernum utriusque Lusatiæ Marchio audiatur Elector Saxoniae. Regem autem Bohemiae repræsentat Imp. noster, atque ita Nobiles in Moravia, Silesia, non creat *strictè* ut Imp. sed ut Rex Bohemiae: quod & in aliis omnibus dignitatibus conferendis procedit.

III. Omnes Superiorem non recognoscentes præter Deum & Ensem, h. e. utroque Reip. tempore Dominum, Deum jure, Ensem vi. Hoc nomine etiam veniunt Resp. quæ in suis territoriis gentiles seu patricos creant; item Principes quidam, ut in Italia, qui superioritate sua gaudentes ejusdem jura exercent. (f)

(f) Josias Nolden
c. 2. n. 17.
Fritz. concl. 6

IV. Pervenio ad adorandas illas Columnas, solidasque Imperii bases, quæ sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ, solerti pietate sustentant, quarum præsidio dextera Imperialis roboratur & orbi fluctuanti subvenitur, (g) & quæstionem hanc de jure nobilitandi satis intricatam, spinosam & variis Doctorum sententiis defatigatam propono: Anne illis hoc jus competat? Hoc in aprico est, Venerandam illud Electorale Collegium, cui communicata sunt jura Majestatica, Imperatoriâ fede vacante & viduato Imperio, summam habere potestatem, ut summum dignitatis gradum Imperialem scil. Majestatem alteri idoneo legitimâ electione conferat. Verum an in suis Electoratibus & provinciis hoc Regale, jus nimirum nobilitandi Electores habeant, altioris ingenii est. Ego salvo Principum Jure; (sub quibus Electores Principes & status Imperii quoque intelligo) ea quæ potui solertia opiniones & argumenta pro & contra in medium proferam, & uniuscujusque affectationi relinquam. Vultejus (h) in affirmationem suam flectit sententiam, & omnibus Principibus in Imperio Romano potestatem nobilitandi tribuit. Huic faum calculum adjicit Josias Nolden, (i) itemq; Petr. Fritzius (k) & alii, (l)

(g) A. B. in
pr. c. 12. §.
Et quia. c. 30.
in pr. c. 12. c.
24. c. 36. §.
cum sacri.

(h) Vultej. R.
Feud. c. 8. n. 23

(i) Jos. Nolden
c. 2. n. 8.

(k) Petr. Fritz.
concl. 7.

(l) Knichen.
de Saxon. nob.
prob. jur. c. 1.

n. 39. §. 63.

(m) c. 3. sect.
13. n. 49.

(n) c. 5. n. 6.

seq. §. de ju-
risd. l. 2. p. 1.

c. 7. m. 2. n. 18.

(o) lib. 6. c. 11.
n. 44.

(p) 3. de Reg.
prio. §.

Negant vicissim Nobiliss. Carpzov. ad L. Reg. (m) Matthæus Stephani in tract. de Nobil. (n) Linneus (o) Bodinus. (p)

Affirmantium opinio tribus præcipue nititur fundamentis: 1. quia superioritatem, sublimi & regia jurisdictionis lege sub

nomine der Hohen Lands Fürstlichen Obrigkeit ordinario & proprio.

prio Marte habent: & tales æquiparantur Regibus. 2. quia tantum possunt in suis terris, quantum potest Imperator in universo, vulgò *Ein ieder Fürst ist Käyser in seinem Lande.* 3. Argumentum ab absurdo vitando (ineptum) ducunt: Si Electores habent potestatem eligendi Imperatorem, qui per universum valeat, absurdum videretur non habere facultatem creandi Nobilem. Verùm solidissimis rationibus & argumentis frivola hæc argumenta reprobantur & rejiciuntur. Quoad primum argumentum, contrarium & destructio liquet ex *c. quod translationem t. extr. de offic. deleg. c. in generali. de R. J. in 6.* nempe generali concessione feudi Ducatus, Marchionatus &c. ipsa regalia majora, quæ speciali concessione indigent, concessa non intelliguntur. quoad secundum, procedit hoc regulariter, & ab hæc regula excipiuntur ea, quæ reservata Cæsarea appellamus.

Nam hæc Regula ita est accipienda: Imperii Principes tantum in territoriis suis possunt, quantum Imp. in Imperio: nimir. quæ veniunt ordinariâ jurisdictione & superioritate territoriali, non verò quæ veniunt absoluta superioritate Imperiali. Multa enim sibi reservavit Imp. quæ transferri non possunt & incommunicabilia sunt. Firmissimum deinde ad confirmandam suam sententiam Negantium Senatus invenit argumentum in Recessibus seu Legibus Imperii: in quibus omnia regalia & jura, quorum resp. Principes Imperii Imperatores in suo territorio appellantur, recensentur: utpote habent liberum exercitium Religionis in Imperio admittæ. *R. J. de Anno 1535. S. und damit solcher Friede.* Jus famæ restituendæ. *R. J. Spira de Anno 1526. S. und wiewol der gemeine Mann.* Jus aggratiandi seu remittendi pœnas capitales. *R. I. de Anno 1526. S. und wiewohl. it.* Jus dandi literas quinquennales; *it.* Jus fisci, Jus Judæos recipiendi, Jus vectigalium, Jus cudendæ monetæ & multa alia. Atque inde videndum: S. Principem suo juri & reservato non renunciasse, ut nihil residui in præeminentiæ & Majestatis suæ testimonium sibi reliquerit.

V. Superest nunc Augustissima atque Eminentissima Domus Austriaca, quæ quanto Majestatis fulgore, quantâ potentia suæ ampliatiõne, quanto dignitatum splendore superbit, ab alta antiqui-

antiquitate ante 400. fermè annos decantatum, atque omnibus mundi plagis instillatum est, ut non opus habeam lucem soli infundere: sufficiat mihi brevitati studentis, ex infensa Domus Austriacæ gente Gallum, magnæ auctoritatis Virum ad celebrandum hujus domus breviter Majestatem & potentiam producere, qui suavi suo stylo sequentia fundit verba, fasciculo multa: Certe haute puiesance & cette vaste domination, pour la quelle la ciel n' a point d' Horizon, ny la terre des limites. Silhon Ministre d' Estat *Livr. 3. discour. 4. sur la granddeur de la Maison d' Austriche.* Et cujus potentiam privilegiorum diffusus splendor æmulat: Nullus enim in universa Christianitate Princeps tot tantisque gaudet immunitatibus, privilegiis, eminentiis ab Imp. & Regibus Rom. concessis, quemadmodum Domus Austriaca. Ex quibus Privilegium de jure nobilitandi à Carolo V. concessum effulget: quod scil. Archiduces Austriæ habeant concessam potestatem, in suo districtu, in suo Archiducatu & incorporatis provinciis nobilitandi non solum simplices Nobiles, sed etiam Comites, Barones: hujus enim verba sic se habent: *Nuch daß sie und ihre Erben in allen ihren Landen / Herrschafften und Gebieten / als oben gemeldt ist / Graffen / Freyherrn / Ritter / Knecht / auch gnugsame und verdiente Personen von neuen Edel machen / denselben Wapen und Kleinod mit Schild und mit Helm / und allerley Zierheit Farben und Plafnierungen geben und verleihen / &c.* vid. *Limneum lib. 5. f. P. c. 2. n. 32. S.* auch daß sie. apud quem integrum privilegium extat. Hinc non possum satis in admirationem hæc in parte rapi, quod quidam reperiantur, qui à genuino & ingenuo horum verborum sensu recedunt, Imperatori reservatum distrahunt, atque Domui Austriacæ præter Privilegii mentem plus attribuunt. Quemadmodum autem ex hoc privilegio non possum potestatem creandi Principes concessam eruere, sed limes potestatis hujus est Comitis creatio, ita quoque non possum depromere, quod hoc privilegium ad totum Imperium extensum sit, atque ita in præjudicium Imp. Romano-Germanici, ut Archidux Austriæ, qua talis, non solum in suis terris, sed etiam in toto & per totum Imperium nobilitare possit, quod sibi persuadent Daniel. Otho, & Petrus Fritzius. Ego cum

C

Clariss.



(r) *Limn. 7.* Clariss. Limneo (r) & Carpzovio (s) ne latum quidem unguem à
P. lib. 6. c. 1. verbis & mente hujus privilegii recedo, & intentionem conce-
n. 33. 34. dentis malâ & præjudiciali extensione corrumpere nolo.

(s) *Carpz. ad* Vidimus igitur, ut spero, salvo cujusq; jure Civilem Nobilita-
L. Reg. c. 3. tis causam atq; aliquatenus Civilem Nobilium eminentiorum sta-
sect. 13. n. 57. tum, qui partim ex sua, partim ex concessa dignitate Jus nobilitan-

(t) *Carpz. ad* ita radicatum esse, ut salva eorum majestate seu dignitate divel-
L. Reg. c. 3. li nequeat, aliisque attribui : hinc falsò adfumentes hoc jus in-
sect. 3. n. 48. crimen falsi vel etiam læsæ Majestatis incidunt (t) *l. 22. §. qui se*
pro milite. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 3. §. ult. ff. ad L. Jul. Majest.

ibid. Dd. Nam in Imperatore nostro possumus hoc ad jura, ut
ita loquar, Majestatica adscribere, quo suam præeminentiam,
suamque Majestatem declarare possit, pleraque enim & penè
omnia communicata sunt Principibus Imperii, ut ex nostræ
Reipubl. forma hodierna apparet, idcirco quæ sibi soli strictè at-
tribuit, ut nulli liceant, nisi speciali privilegio concessa (quoad
suum territorium tantum, non etiam totum Imperium, tunc e-
nim non esset reservatum Cæsareum appellandum) ideo, in-
quam, hæc jura strictè Reservata Imperatoria *Kaiserliche Hohei-*
ten und reservaten appellamus.

An verò heic præscriptio locum habeat, ut per hanc
jus nobilitandi possimus acquirere, intricatæ & spinosæ
quæstionis est? Constat ex jure feudali, si quis rem liberam
domini & non feudalem bona fide ut feudalem possederit, atq;
etiam domino hæc de re servitia præstita fuerint, quamvis eâ de
re non investitus, præscriptione 30. ann. se tueri possit. *per II.*
Feud. 26. §. si quis. & quod vasallus adversus dominum utile, &
viceversa dominus adversus vasallum dominium directum præ-
scribere possit; quæ omnia præscriptionem jurium involvunt,
& affirmant: præprimis autem adspirat nostris partibus, quod
Jus non scriptum, quod est consuetudo, contra jus expressè sanc-
tum seu scriptum per præscriptionem jure Canonico 40. anno-
rum, Jure Saxonico 30. ann. anni & diei spacio, conniventia
Principis possit introduci, & pro lege, priori abrogato, haberi,
quid igitur dubitandum de hujus Juris præscriptione? Verùm
cùm

cum hoc jus singularis præminentia & prerogativa signum sit; ideo præscriptioni 30. vel 40. annorum non subjacere statuen- (u) *Carpz. lib. I. Resp. 98. n. 11. Schultz. Synops. Inst. ad tit. de jur. N. G. & C. lit. d.*
dum; potius dicendum cum Dd. (u) quod immemoriali tem-
pore, cujus memoria non extat, quo omnia Regalia & Re-
servata Principis percunt, hoc jus Nobilitandi tantum legitimam
præscriptione acquiri possit.

CAP. VI. DE CAUSA MATERIALI.

ARGUMENTUM.

1. Homo virtute Civili instructus est nobilitatis objectum. 2. Q. An
sola gratia vel divitiæ Principem movere debeant ad conferendam
nobilitatem. N.

CAusam materialem constituit homo Civilis ad capeffendam
Nobilitatis dignitatem habilis. Habilitas autem in eo con-
sistit, ut sit ex legitimo thoro ortus, & gravioribus Virtutibus in-
structus, atque ita à meo discursu (quod dico semel pro semper)
excludo omnes nobiles spurios quatenus tales, qui vel divitiis,
adulatione, vel dolo nobilitatem adepti sunt; Illis enim non tri-
buere possum nobilitatis dignitatem, quia deest essentielle requisi-
tum, & sine fundamento illis fastigium extruere non licet: Me-
rentibus namque Virtutum præmia tribui convenit. *l. 5. virtu-
tum. 4. C. de stat. & imag.* Si igitur Virtus exulet, quorsum præ-
mium Virtutis; si truncus, quorsum laurea? Quoad autem vir-
tutem, heic penetrandum, *Qua Virtus ad veram Nobilitatem fa-
ciat?* Sciendum igitur in genere, Virtutem in remissiori gradu
heic locum non habere, sed eminentiori & excellentiori. Deinde
non omnem Virtutem in Civili vita nobilitare homines; sed il-
lam tantum, quæ Reipubl. ejusque conservationi maximè utilis
est; & quæ ad utrumque Reip. tempus potest accommodari:
nimirum Fortitudo Togata & Sagata. Illa consistit in Scientia
& Prudentia; Prudentia includit reliquas graviores Virtutes,
Justitiam, Magnificentiam, Eloquentiam, Juris Civ. pruden-
tiam. Fortitudo Sagata in se comprehendit Prudentiam ani-
mique magnitudinem. Hæc Prudentia latè se extendit, & con-
cilia-

ciliatur ex Historicis, Geographicis, Mathematicis &c. studiis, armorum tractatione, Rerumpubl. cognitionibus, illisque artibus; quæ inserviunt prudentiæ bellicæ. Licet autem tantum sit in actu signato, nec actum exercitum necessariò requiras, cum hæc fortitudo homines fermè omnes excedat, illa sufficiat ad Reip. incolumitatem. Dixi Reipubl. non Parentibus, neque Nobis, neque Liberis; hæc enim est privata utilitas & privatum benè esse, cui publica Incolumitas anteferenda: & dulce est pro patria mori, dulce: qui enim pro Reipubl. vitam reddiderunt, nò mortem, sed immortalitatem potius affecutos esse judicat Cicero. *Brutus Consul favore Civium etiam domus sua clade & paricidio velificatus est, quippe cum studere revocandis in Urbem Regibus liberos suos comperiisset, protraxit in forum, & concione media virgis cecidit & securi percussit, ut planè publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur.* (a) Hinc apud Romanos, tot equestres imagines, tot coronæ murales, triumphales, tot civitatis insignia, tot laudis ornamenta, ad quorum cupiditatem non modò nobiles, sed etiam multi ex infima plebe ita vehementer exarserunt, ut nullum pro Reipubl. periculum recusarint. Videmus hodie in quavis Europæa Rep. Nobilibus si non summam, tamen participatam, si non participatam, tamen aliqualem Reipubl. curam committi, nec Reges nec Principes sua latera aliis credere. Hoc nempe facit comprobata Nobilitum Virtus, generosi animi constantia & sinceritas, quæ Reipubl. onus commissum sine crimine suscipere possunt, imò pro Reip. integritate mori non dubitant.

(a) Florus lib.
2. c. 9.

Ex his dictis itaque facile apparet Nobilitatis causa materialis, nempe homo perfecta Reipubl. virtute instructus: & quod sine virtute non quis possit scandere Nobilitatis fastigium.

(b) Jos. Nold.
de stat. Nobil.
c. 3. n. 23.

Hinc quæritur *An sola gratia vel divitiæ principem movere debeant ad conferendam Nobilitatem?* Quod Negatur; quia nullius entis nullæ sunt qualitates; tum quia dignitas malis tributa dignitas non est. (b) Licet autem Principum placita habeant legis vigorem l. 1. ff. de constit. Princip. tamen hoc cum grano salis accipiendum. Principes enim hic boni intelliguntur, qui nihil
fine

sine prudentia constituunt, ut nihil velint, nisi quod honestum sit & è re Reip. futurum: placita etiam heic accipienda, quæ cum summa deliberatione concepta fuerunt. Maximè autem damnosum foret Reip. vero scopo, qui est verum summum bonum, quod in perfecta & optima virtute consistit, non in divitiis, quamquam non negabimus sine divitiis non posse pervenire ad S. B. verum divitiis utitur ut causa instrumentali, non principali.

CAP. VII. DE CAUSA FORMALI.

ARGUMENTUM.

1. Nobilis fit vel tacitè vel expressè. 2. Tacitè quis fit per honores, officia & feuda nobilia. 3. jurè Sax. feudum regale tantum nobilitat. Q. An bona sequuntur conditionem possessoris. Neg. 4. Expressè quis fit nobilis; verbis solennibus certis solennitatibus, collatione diplomatum, etsi plebeja mulier nubat viro nobili.
5. Q. An Nobilitas possit retractari? Affirm.

CAusa formalis est ipsa legitima à plebeja conditione exemptio facta à Nobilitante: qui modo utitur duplici: vel enim expressè constituitur Nobilis, vel tacitè. Tacitè fit quinque modis. I. Si Princeps aliquem lateri suo adjungit per *l. un. C. de præpos. lab. l. 1. C. de domest. l. ult. C. de excus. tut.* (a) qui enim soli appropinquat radiorum sparsione illustratur. II. Si in summa Imperii Prætoria tanquam Consiliarius &c. adsumitur per *l. femina 8. ff. de senat. l. omnium in pr. C. de test. l. 2. in pr. C. de Leg. l. 12. C. de dignit. l. honores 7. §. 15. qui ff. de Decur.* (b) III. Si quem Exercitui præficiat. (c) IV. Si Princeps Doctoratus vel Licentiatus alicui, si non ipse, tamen per Collegium conferat honores. (d) *l. 1. vers. omnia enim. C. de vet. jur. enucl. ubi expressè Imp. dicit se omnia facere, quæ per Jctos facta sunt, quia ab ipso omnis eis tribuitur Auctoritas: atque ex hoc Nobilissimi l. providendum 7. C. de postul. l. diximus. §. 1. de excus. tut.* Jcti vocantur, imò iisdem penè fruuntur Doctores Juris privilegiis & prærogativa cum Nobilibus: in quibusdam etiam locis in capitulares Ecclesiarum Cathedralium eliguntur: (e) à quibus tamen omnibus regulariter excluduntur Doctores Bullati, qui

(a) Tiraq. de Nobil. c. 6.

n. 10.

(b) Tiraq. de c. 6. n. 21. Jos. Nold. c. V.

(c) Vid. Fritz. concl. 13.

(d) Jos. Nold. c. V. n. 37.

Brandl. lib. 4. c. 6, n. 16.

(e) Matth. Steph. de jurisdict. P. 1. tit. 2. c. 7. m. 2. n. 68 et seq.

(f) *c. v. n. 39. & seqq.* qui nobilitatis hac prerogativa non gaudent: quibus etiam ad-
dicere vult Doctores Medicinæ Jofias Nolden. (f)

V. Si Imperator quem de feudo seu majori seu minori no-
bili utpote Ducatu, Marchionatu, Comitatu, Baronatu cum an-
nexâ jurisdictione tanquam in symbolum nobilitatis investit.
(g) *Jof. Nold. c. 5. n. 43.* *arg. c. 1. quis dic. Dux. II. Feud. 10.* (g) Hic autem tenendum, feu-
da nobilia non esse nominata à sua qualitate & affectione, quod

(h) *Magnif. Dn. Strub. Syntagm. Jur. Feud. c. 3. aph. 5. n. 1.* in se nobilia sint, sed tantum à persona concedente; nobilitas e-
nim propriè personæ inhæret, non rei seu fundo; & collatio no-
bilitatis ex præsumta Imp. voluntate præsumitur. (h)

Quoad feuda igitur Regalia seu Majora nobilia illustri exem-
plo nobis sunt Principes Ecclesiastici, quorum nonnulli ad subli-
mem nobilitatis dignitatem de plebeja conditione per Imperii
(i) *Gail. 1. obs. 30. n. 4. & 5. Dn. D. Strub. Synt. F. F. c. 3. aph. 7.* feuda ab Imperatoribus evecti sunt. (i) atque ex inde hodie se-
culari potestatem exercent, non ut Archiepiscopi, sed ut secu-
lares Principes; & manent in una personâ separata munera;
sacerdotium & imperium, quia illud ministerii, hoc territorii jure
sibi vindicarunt: & non ita pridem Princeps Württembergicus

(k) *Bocer de qual. & diff. feud. c. 3. n. 19* Dux Fridericus solo successionis jure in Ducatum Würtember-
gens. & Teccens. sine speciali Imp. creatione, sed solum, ut supra
dictum, ex præsumtâ ejus voluntate Dux effectus est. (k)

Quoad feuda nobilia minora (absq; illustri dignitate) illa
secundum cujusq; Regionis mores & juris sanctionem nobilitare
vel non nobilitare comperimus. In Hispania omne feudum no-
bilitat: in Gallia Nobilibus placuit feuda vendere, eaque plebejis
emere; Emtor solum directo domino decimam partem precii
solvebat, ut exinde intolerabilis patriciorum inopia secuta sit, te-
stante Luca de Linda in *Franc. Descriptione*. Ordinatione autem
regia Henrici III. plebeji, acquisitione feudorum, cujusque precii
& redditus illa sint, non nobilitantur Bodinus *de Rep. lib. 3. c. 8.*
Silesia quâ est feudum Imperii postquam Carolus M. eam occu-
pavit Anno 779. olim Polonico hodiè Bohemico Regno incor-
porata habet subse IV. primarios baronatus, ad hos nemo ad-

(l) *Joch. Cu- raus. P. II. Si- les. Descript. p. 271.* mittitur, nisi ante ab Imp. vel Rege Bohem. Baro creatus fue-
rit (l) De Jure Saxon. Feudum regale tantum nobilitandi ef-
fectum habet, reliqua feuda simpliciter nobilia nullam dignita-
tem

tem personis induunt ignobilibus, præterquam ea, quæ ratione nobilitatis semel rei accommodata sunt, Jura ac privilegia cum ipso feudo consequuntur, (m) quæ in parte convenire videntur, mores totius Germaniæ ut docet Rosenthal: (n) Ita & viceversa feuda ignobilia, burgenfia vel alia bona manent ignobilia, licet à nobilibus possideantur; eodem fundamento & argumento, quod supra prolatum est: & sic deciditur illa acris quæstio, quam proponit Beckerus in Synopsi Juris Publ. (o) Anne bona oneribus Reipubl. subjecta, cum in privilegiatam personam, Clericum, nobilem, transferantur, cum persona naturam suam exuant? & Negatur per modum dicta; Jus enim rei non potest mutari accedente personæ qualitate; quia externa qualitas non officit internæ rei naturæ: accedit è contrariâ sententia magna injustitia; quæ afficeretur Respublica; quæ ingens damnum in redditibus annuis sentiret. Expressè irrogatur Nobilitas & Nobilis constituitur, quando vel verbis solennibus, vel collatione diplomatum voluntatem suam declarat Princeps. *arg. l. quoties. 3. §. 2. C. ubi sen. vel clariss. quod fit.*

I. Quando alicui ob sua bene merita, in Remp. collata, insignia traduntur: Wenn einem ein Wapen-Brief mitgetheilet wird, d. l. 3. §. 2. d. t. qui nobilitandi mos cepit ante annos 1134. maximè tempore Zenonis Imp. cujus hodiè creberrimus in aula Cæsarea propter fiscum usus invaluit. Hi autem reapse fiunt nobiles, Principi enim attestanti se ob bene merita concessisse beneficium, creditur, & prohibitum est Legis rigore quæstionem hujus legitimi status movere, imò sacrilegii instar est, disputare, an is dignus sit, quem Imp. elegerit. *per l. 3. disputare, C. de Crim. sacril.* Verum si expressè contrarium adsit & innotescat, & probari possit, quod turpitudinis macula laboret, vel quod nullum commodum in Rempubl. contulerit, vel collaturus erit, vel quod dolo dignitatem surripuerit, Quæritur: An non possit concessa dignitas retractari? Affirm. 1. quod nobilis constituitur Principis voluntate, & voluntas sit de essentia nobilitandi formalis, hic autem adsit nulla voluntas, nullus dignitatis consensus, quia error passivus intervenit, *l. 15. ff. de jurid.* 2. quod error non
jus

(m) *Dn. D. Strub. d. l. c. 3. aph. 8. n. 2. Fritz. concl. 16.*
(n) *Rosenthal de feud. c. 2. q. n. 9.*
(o) *lib. 3. e. 3. p. m. 346.*

(p) Bron-
chorst, Cen-
tur. 1. assert.
12. Cujac. 10.
observ. 13.
in f.

jus faciat. l. 1. l. 32. ff. de LL. (p) 3. quod nihil tam naturale sit,
quàm eodem modo dissolvi, quo colligatum est l. 35. ff. de R. J.
4. per expressam legem. l. 2. C. de dignit. Accedit, quod gravi
potius poena afficiendus, quia crimen falsi commisit. l. 1. ff. ad L.
Cornel. de fals.

(q) Bocer.
lib. 3. de Orig.
urb. c. 21.

II. Wenn einer wegen seiner Tugenden zum Ritter geschla-
gen wird/certis nimir. solennitatibus: Etenim non nascono co-
me li Poëti, ma si fanno come gl' Oratori. Olim erat præmium
fortitudinis sagatæ, verùm hodierno seculi genio, quo jura ve-
nalia cepere, facit ad fiscum locupletandum: hæ autem solenni-
tates adhibentur: Princeps gladio evaginato leniter tantum per-
cutit humeros eorum, qui ordinem hunc desiderant, & dato cin-
gulo & ense dimittit illos! (q) affinem habet illum morem, quo
Principes & Nobiles hodierni ministris suis virilem ætatem con-
secutis jus gestandi gladium impacto colapho concedunt, wenn
sie sie wehrhafft machen / imitantes Romanam antiquam manu-
mittendi consuetudinem per vindictam.

(r) Valerius
M. lib. 9. tit.
5. n. 8.

III. Si plebeja mulier nubat viro nobili l. femina 8. ff. de
senat. l. cum te. 10. & l. ult. C. de nupt. l. ult. C. de incol. Mulie-
res enim honore maritorum eriguntur & genere nobilitantur.
l. mulieres. C. de dignit. & Uxor coruscat radiis mariti. Nov. 105.
c. 2. & ejus privilegiis, dignitate, nomine & re gaudet. l. 2. C. de
Episc. & Cler. l. 8. l. ult. C. de profess. & med. l. ult. C. de injur.
quod & testatur Valerius Maximus. (r) Mutiam, inquit, &
Fulviam cum à patre tum à viro utramq; inclytam & nobilem.

(s) Tiraq. de
Nobil. c. 18.
u. 2. Jos. Nold.
c. 6. n. 52.
Fritz. concl.
47.

Quod etiam extendere volunt ad mulierem naturalem nubentem viro naturali & legitimo simul. (s) Vidua quoque post mortem mariti nobilis omnia privilegia, honores & dignitates viri mortui retinet. l. filii. §. vidua. ff. ad municip. l. cum te. C. de Nupt. quamdiu scil. statum vidualem illibatum honestè servat, nec iterum nubat viro ignobili, tunc enim hanc dignitatem exuit, simulque omnia privilegia pristina perdit, cum hoc modo in aliam familiam transeat. l. 13. C. dignitat. E contrario autem Uxor nobilis non nobilitat virum ignobilem, nec vir micam dignitatis inde consequitur: imò uxor ipsa, alioquin nobilis si permansisset in suo statu viduali, ignobilis per hujusce matrimonium efficitur

citur *d. l. mulieres. C. de dignita.* atque ita nati ex ignobili patre
& nobili matre tamen fiunt ignobiles per adductam *l. mulieres.* (t) (t) Tiracq. de
Nobil. c. 18.
p. 20.
rationem, seu sint foeminae, seu masculi.

CAP. VIII. DE CAUSA FINALI & EFFECTU.

ARGUMENTUM.

1. Finis nobilitatis primarius respectu Principis concedentis consistit in publico Reipubl. commo. 2. Secundus est, ut dignitatum ordo conservetur. 3. Tertius, ut virtuti debitum praemium constitutur. 4. Effectus nobilitatis est propagatio in liberos tantum. 5. Quae 1. an filius ante acquisitionem nobilitatis natus. 2. Adoptatus. 3. per subsequens matrimonium legitimatus acquirat quoque nobilitatem? Affirmatur.

Summus Nobilitatis finis, quem intendit maximè Princeps, consistit in publicâ Reipubl. incolumitate, seu ejusdem felicio-ri conservatione; ad quam omnis sui status administratio, omnes gubernantium actus devolvuntur, & pro suprema meta veneratur. Conservatio enim Reipubl. est de suprema lege, de secre-riori prudentia & Ratione Status legitima. Probatur autem, hic Nobilitatis finis; quod per Nobilitatem seu Nobiles admini-stantes Remp. facilior transitus sit ad S. B. quod in perfectâ & optima virtute consistit: Videmus in plerisque Europæis Pro-vinciis Nobiles clave Reipubl. adfidere, quia Politici, videmus Summos Confessus Judicum, Parlamenta, Comitia constare Nobilibus, quia Justitiæ Sacerdotes præsumuntur: atque ita nil aliud intendisse Principem, dicendum, quàm ut perfecta Re-rumpp. administratio procuretur, & cujusvis Reipubl. scopus fe-liciori prudentia & celeritate acquiratur; licet Jupiter quando-que Bacchum generet. Deinde etiam Nobilitatis finis consistit in eo,

2. Ut dignitatum Ordo conservetur, *ut. c. ut dign. ord. serv.*
l. 1. ff. de alb. scrib. Ordo, ut ex Politicis constat, est ipsa Rei-
publ. substantia, sine hoc nulla datur Respubl. E. etiam Anar-
chiam inter Respubl. non referimus. Possumus Rempubl. bene
constitutam ex ordine cognoscere. Floret Respubl. præcipuè A-

D

ristocra-

ristocratica, ubi dignitatum ordo observatur, ubi distinctio honorum animadvertitur, sic bellum Civile avertitur: nec tam diu Rempubl. Venetam & ultra periodos omnium fermè Rerumpubl. sine externâ mutatione floruisse penetratur, nisi secretiori prudentiâ ad ordinem bene constitutum, ad inculpabilem dignitatum distributionem allaborasset; ut ita Confusio illius Reipubl. fatalis periodus dicenda sit, quam omnibus aliis Aristocratiis adsignare possumus. Quemadmodum autem singulari prudentiâ opus est in verâ dignitatum distributione, ita certè Princeps circumspectus sit, ne quid indignis tribuatur, dignis auferatur.

3. Ut Virtuti debitum constituatur præmium. *arg. l. semper. §. 3. ff. de jur. immun. l. & virtutum. 4. C. de stat. & imag. l. 1. C. de fam. lib.* **Pacis tempore.** Quis enim eorum non misereatur, qui amore scientiæ exules, facti de divitibus pauperes, semetipsos inaniunt, vitam suam multis periculis exponunt. *auth. C. ne filius pro patre.* quis inquam, eorum non misereatur, qui brevem brevis vitæ epocham tot furiarum injuriis, tot tempestatum procellis, tot fortunæ novercantis jactibus subjiciunt. *arg. de auth. C. ne filius pro patre.* solum ex amore patriæ seu Reipubl. tantis laboribus lucubrationibus se macerant pallidis, prudentiæ nervum enucleantes; solum, inquam, in hoc turbidi maris literarii æstu, hoc sydus ut proprium Virtutis pharum ac solatium respiciunt, desiderant. **Tempore belli.** Hâc Reipubl. concitati flammâ Martialia sacra suscipiunt, cum acerrimè defendentes Rempubl. satius belli furorem, sua vitâ expiare, quàm indefensam relinquere velint: quid igitur esset magis absurdum, quid monstrosius, quàm benè meritis in Rempubl. collatis præmium denegare, quid esset indignius, quàm virtutem acquisitam nullâ dignitate ornare: & quid magis magnificum, quàm generosos Virtutum animos in conspicuum dignitatis fastigium extollere, ingenia ad Reip. salutem, prompta spectabilibus ornare muneribus: ut hoc modo justitiæ nympha conservetur, multique alii in Virtutis studium inflammentur. Etenim præmia sunt illa blandimenta, quibus nixi intentione virtutis studium colitur, atque muneribus quis invitatur ad bonum. *c. nimium cum can. seq. & c. pen. 23. q. 4. tolle autem*

tem virtutis præmium, & omne virtutis studium extingues, omite officiorum splendidorum promissionem & perseveratio in Virtute omittetur: paucos invenies, qui ad credulam perplexæ spei auram literariæ navis antennas solvent; h. e. qui omnibus rebus post habitis arduam virtutis viam insistentes sapientiæ & prudentiæ studia colent: nisi prius fuerint ad spem firmiorem, præmii excitati. Circumspectus autem sit Princeps, ne præmia in indignos spargat, qui nec legitimâ vita Academicâ, nec Martiali usi, atque ita nullo virtutis studio imbuti, sciunt magis corrumpere, quam administrare Rempublicam; imprimis cavendum, tum à Principibus tum ab aliis Magistratibus, ne præmia, dignitates, munera post habitis patriciis & civibus illius Reipubl. in peregrinos & advenas collocent; hoc enim ægerrimè ferunt Cives.

II. Effectus nobilitatis proprius est: Legitima per continuam sanguinis seriem in posteros propagatio. Omnes igitur gente nobiles suam nobilitatem à Majoribus mente i. e. Virtute acquisitam, per virtuosi sanguinis flumen decursam in infinitum & quidem solum in rectâ lineâ constituti accipiunt. Liberi enim patris conditionem, quoad civiles honores & dignitates sequuntur *l. cum legitima 19. ff. de stat. hom. l. 1. ff. ad municip. l. nullus. l. exemplo. C. de Decur.* atque ita patris non matris nobilitatem adsumunt. *l. 1. ff. ad municip.* unde filii nec insignia matris portare, nec ejus cognomen arrogare sibi possunt; quanquam de Consuetudine à Regibus ac Principibus aliter receptum sit. (a) Apparet quoq; exinde, quod, licet mater ignobilis, pater autem nobilis sit, liberi fiant nobiles, quanquam & hoc concedendum, quod nobilitas ab utroque parente sit illustrior. Quarendum, igitur hâc in re: An de consuetudine vel statuto ex lineâ materna fluere possit nobilitas? Affirmatur 1. quod statutum seu consuetudo possit derogare juri scripto. *l. ult. C. quæ sit long. consuet. §. 9. Inst. de Jure N. G. & C.* 2. Comprobant & testantur hodierni mores, qui florent in Gallia præcipue in Campania & in Collegiis Ecclesiasticis majoribus (hohen Stifftern) in quibus nemo recipitur, nisi ex lineâ quoq; materna de nobilitate sua per longam parentum seriem dare documenta possit:

D 2

Sic

(a) Bodinus l.
de Rep. 3. no
19.

(b) Fritz.
Concl. 29.

Sic & in Silesia jus & iudicium equestre requirit, ut verus nobilis insignia quatuor tam materna quam paterna demonstrare possit. (b)

(c) Tiraq. de
Nobilitat. c.
167. n. 39

Devolvitur autem Nobilitas non ad parentes *arg. l. 1. ff. de senator. & licet ex quibusdam textibus Legum videatur contrarium*, tamen nihil inde probatur, quam quod cohonestentur ex dignitate filiorum, ipsa suadente natura, (c) nec ad collaterales seu transversales, quia est beneficium personale rectum, non obliquum, *l. 1. ff. de Constit. Princip. sed ad liberos utriusque sexus, filios & filias l. 1. l. 11. C. de dignit. l. Senatoris 5. ff. de senat. l. 19. ff. de stat. hom.* Plerumque enim fieri solet, ut motus animorum generosiores, & sublimiores naturæ vires cum vitæ ipsius inspiraculo infundantur & implantentur, ita ut quemadmodum in stirpibus, sic etiam in hominibus virtutis succus ex radice diffundatur in surculos.

(d) Tiraq. de
Nobil. c. 15. n.
7. Fritz. con-
clus. 20.

Quoad liberos igitur, quatuor cardinales quæstiones se offerunt: nam in jure nostro habemus variam & distinctam liberorum conditionem; atque ideo illis non idem & æquale jus applicandum est. Q. I. An filius ante nobilitatis acquisitionem patris natus, ipsa acquisitione fiat nobilis? Affirmatur ex LL. *arg. l. senatoris 5. ff. de senat. l. 11. C. de dignit.* quod Doctores rectè ad omnes dignitates eadem ratione trahunt. (d)

Q. II. An adoptatus à patre nobili efficiatur nobilis? Affirmatur per *l. senatoris filium. ff. de senat. l. liberos eod. restrictivè*, auctoritate nempe Principis intercedente *arg. l. 10. §. 3. ff. de injus voc. l. 23. ff. de aqua pluvi. quia adoptio consanguinitatem. l. si is qui 44. ff. de adopt. cognationem, agnationem. l. 1. §. 4. ff. und. cogn. l. 23. ff. de adopt. & dignitatem tribuit. l. 13. l. 35. ff. de adopt. l. 5. l. 10. ff. de Senat.* Quær. III. An legitimatus per subsequens matrimonium? Affirmatur de Jure Rom. per *Novell. 74. c. 2. Nov. 79. c. 2. Nov. 89. c. 1.* quia subsequens matrimonium omnem maculam purgat, & ejusmodi matrimonii tanta vis est, ut id Jure ad tempus nativitatis retrahatur, fingitque per quandam quasi Alchymiam, ac si ante nativitatem contractum fuisset matrimonium, etiam de Jure Canon.

c. tan-

c. tanta. 6. ext. qui filii sint legit. & Saxonico. vid. Carpzov. P. 3. Const. 28. def. 17. n. 4. & seqq. Dn. Philipp. lib. 3. Eclog. 3. Schultz. Synops. Inst. ad tit. de hered. qua abint. def. verb. de successione liberorum per subsequens taatrim. & c. lit. a. Quær. IV. An legitimatus per Rescriptum Principis fiat Nobilis? Neg. nisi expresse clausulam de nobilitate consequenda Princeps addat.

Alter adhuc nobilitatis effectus restat, qui repræsentat præclaros Virtutum fructus, splendida inquam Jura ac privilegia; quæ inter se invicem legitimè distincta, in peculiaribus & ultimis tribus Capitibus contractiori stylo tradantur.

CAP. IX. DE CONTRARIIS NOBILITATIS.

ARGUMENTUM.

Destruitur nobilitas 1. per usum vilis artificii; & quæ illa artificia, 2. per mercaturam secundum LL. Rom. 3. per infamiam, vitæque turpitudinem. 4. per matrimonium nobilis cum viro ignobili.

Modi Nobilitatem denigrantes præcipui sunt IV. I. Per usum vilis artificii. *l. ne quis 6. C. de dignit. Nov. 90. c. 1. (a)* (a) *Jos. Nold. c. 17. n. 162. Brautlach. lib. 4. c. 6. §. 20.* Contrariatur enim Nobilitati obscuritas, ut servituti libertas, nec possunt simul concurrere, argumento Contrariorum. Quales autem artes sint viles & fordidae, ut ait Bodinus *lib. 3. de Rep. c. 8. §. 20.* spinosæ quæstionis est: In genere igitur sciendum, quod servi publici, ut illos Aristoteles appellat, tractent artes viles & fordidas, & symbiosin simplicem & infimam constituent: hinc illæ artes, quæ in se habent servilem tractandi modum, quibus servi publici commodum & lucrum quæritur, non solum planè à nobilitate sunt alienæ, sed illam etiam rectè destrunt. Servorum autem publicorum nomine in specie veniunt coqui. *l. si quid 18. in f. ff. de edil. edict. l. legatis 65. §. 2. ff. de legat. Laniones, sunt enim instrumenta coquorum l. 12. §. 5. ff. de fund. instr. Fabri, cujuscunque objecti seu materiæ. (b) Nautæ, caupones, stabularii, fullones, sarcinatores. l. nautæ. ff. naut. caup. stab. & c. Histriones, quia infames sunt ipso jure. l. 2. §. ait Prator. §. ff. de*

his qui not. imp. Balneatores, tonfores. l. 15. §. 1. ff. de Usufr. & multi alii.

II. Nobilitati derogatur per Mercimonium: quod dico secundum LL. Roman. *l. nobiliores. 3. C. de Commerc. & mercat.* (c) Sprenger. *l. 6. ne quis. C. de dignit. & quatenus monopolium alit, ut l. 3. C. de commerc. & mercat. mens est.* (c) Mercatura enim aliàs, ut *Axiom. stat. c. 20. p. m. 119.* magno commodo patet, est de potentioribus Reipubl. incrementis, nec ulla commodior ad vastam pecuniarum molem in Rempubl. inferendam via, quam illa, quæ à Mercatoribus paratur; nec Leo Belgicus ad istam superbientem felicitatem & terribilem & Monarchis & Regibus potentiam erupisset, nisi commerciorum beneficio. Commercium enim est vulgi subsidium, nobilitatis sustentaculum, Principis fulcrum; & in propatulo est, infimæ facis homines per mercaturam seu mercimonia ad altum dignitatis culmen assurrexisse: ideoque de mercaturâ, quod derogetur nobilitati statuo secundum LL. Rom. & ubi illæ receptæ sunt, ut in Hispania, Gallia, Germania & regno Neopolitano; non secundum mores plurimarum nationum, Batavorum, Italorum, Britannorum, &c. ubi non solum commercia magno honoris & quandoque indecenti cultu habentur, sed etiam faciunt ad nobilitatem ipsam aliasque dignitates consequendas.

III. Derogatur nobilitati per infamiam vitæque turpitudinem *l. si qua C. de secund. Nupt. l. 1. C. ubi senat. vel Clariss. l. senatoris filia. ff. de R. N. l. 2. l. iudices. l. quoties. C. de dignit.* Infames igitur vel ex *l. 1. ff. de his qui not. inf.* ex crimine famoso, quod scil. infamiam importat, & quidem sententia iudicis accedente, amittunt omnia nobilitatis privilegia. *l. 17. l. 12. C. de dignit. l. 2. eod.* illisque omnes honorum portæ recluduntur. *d. l. 2. C. de dign.* quia pro civiliter mortuis habentur, civili morte tacti atque omni hinc beneficio exuti; & pœnæ capitali infamia æquiparatur. *l. 9. ff. de manum. vind. l. 5. ff. de var. extraord. cogn.* atque ita propter perjurium commissum. *l. fidem 22. C. ex quib. ca. inf. l. quoties. C. de dignit.* propter crimen stellionatus alio famoso crimine concurrente *l. 13. ff. de his qui not. furtum arg. l. 1. C. quand. lic. unic. se vind.* propter Crimen læsæ Majestatis.

Arg.

arg. l. quinq. 5. C. ad L. Jul. Majest. & omnes ex iudicio doli per
 edictum famosum infames (d) omnia nobilitatis privilegia amit-
 tunt: In hoc succurritur Nobilibus & Illustribus personis, quod
 in actione injuriarum Civili & criminali per Procuratorem age-
 re possint; ne facile infamiâ adspargantur. *l. ult. C. de injur.* (e)
 & hoc communiter à Dd. & foro receptum est, ut testatur We-
 senbecius *d. l. ad tit. de injur. n. 16.*

(d) *Wesenb. Comm. ff. ad tit de his qui not. inf. n. 5.*
 (e) *Wesenb. d. l. ad tit. de Procur. n. 5. & ad tit. de Injur. n. 16.*

IV. Derogatur denique Nobilitati per matrimonium mu-
 lieris nobilis cum viro ignobili contractum; de quo vide sis su-
 prædicta sub causâ formali in fine, ne cramben hic bis coctam,
 apponamus. Nobilitas autem semel perdita per mortem ma-
 riti non reviviscit; nisi à Principe iterum restituta fuerit *arg. l. 1. C. de sent. pass.* vel nobili viro nubat.

CAP. X. DE DIVISIONE NOBILIUM. CIVILI NOBILIUM STATU.

ARGUMENTUM.

- I. Nobiles latè sumti dividuntur in Exemptios & Imperiales. 2. Exem-
 titii sunt 1. Pontifex Rom. 2. Rex Franciæ, Rex Hispaniæ, Rex
 Magnæ Britanniæ, &c. 3. Respublica Veneta, Belgica, Helvetica.
 III. Imperialium Supremus & Caput est Imperator noster Roma-
 no-Getmanicus; deinde Rex Rom. ipsi Nobiles Imperiales sunt
 Electores, Principes & Status Imperii: Duo Imperii Vicarii. Qui
 verè sunt Status Imperii, unt vel Ecclesiastici, vel seculares; Rex
 Bohemiæ non est Status Imperii: nobiles immediati in Franco-
 nia &c. non sunt Status Imperii; Mediatas potest esse Imperii
 Status: Nobiles mediati qui sunt; Nobiles Landsassii sunt vel
 Schriftassii vel Ambsassii.

Nisi satis perspectum fuit, laconicè Civilem Nobilium Statum
 peculiari capite attingere; Eminentissimamq; Orbis Chri-
 stiani Coronam uno simul obtutu, submisso tamen lumine adspi-
 cere; ut instituti mei onus censeo, ita diffusum tractandi mo-
 dum, & intricatas Controversias derelinquo.

Divido itaque omnes Nobiles latè sumtos in Exemptios
 & Imperiales: Illos intelligo, qui sese cum suis regnis & pro-
 vinciiis

vinciis Imperio exemerunt; nec amplius jura & onera Imperii sustinent: Et sunt I. Pontifex Rom. qui hodiè in tribus distinctis terris seu provinciis ut Princeps secularis dominatur.

(a) Cl. Conring. Colleg. Rerumpp. de Monarchiâ Papali.

Consistunt autem illæ tres terræ 1. in Italia majori parte, quam fictæ donationis titulo persuaso Pipino & Carolo M. surripuerat, & in specie Patrimonium Petri appellatur. 2. In magna M. Hetruriæ parte, quam à Ducissa potentissima Matildis nomine hæredis instituti titulo illegitimè assecutus est. Erat enim ingens ille tractus per Hetruriam Feudum Imperii (a) quod invito domino directo non potest alienari, nec occupari. 3. In parte Regni Burgundici, quæ Avenionensis Comitatus auditur. de quo vid. Conring. de finib. Imp.

II. Reges. 1. Rex Franciæ, qui hodiè per totam Franciam (quæ olim Gallia vocabatur) maritimam & mediterraneam, reliquasque acquisitas regiones, præfecturas, ab hodiernis Politicis absolutus Monarcha appellatur. 2. Rex Hispaniæ, qui hodiè solus vastam illam Hispaniam subjectam tenet, cui & Americam annuero: & extra Hispaniam Insulas Balæares (Majorcam & Minorcam,) Sardiniam, Siciliam, (Insulas) Regnum Neopolitanum (feudum Pontificis,) Ducatum Mediolanensem, cui non ita pridem Marchiofinariensis maximè dolentibus Gallis & timentibus Genuensibus propter aditum maris accessit; Ducatum, & Comitatum Burgundiæ vulgò la franche Comté, & de Belgio decem Provincias residuas per Gubernatores gubernat. 3. Rex Angliæ, qui hodiè tribus Regnis; Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ præest, licet Hibernia propriè Regnum non sit.

(b) Cl. Conring. de Colleg. Rerumpp. de Rep. Venet. a. Becker. Synops. Jur. Publ. lib. I. c. 2. p. m. 27.

III. Respublicæ illæ tres Eminentissimæ. 1. Respublica Veneta Maris Adriatici, partim & Ionii Domina, quæ Caroli M. temporibus aliquomodo Imperio subjecta fuit, ut statuit Cl. Conringius (b) licet frustra se opponant Contarenus & alii Scriptores Veneti. 2. Respubl. Belgica, quæ fœdere Symmachico constat VII. Provinciis confœderatis contra Hispaniæ Regem tum temporis Imperatorem Carolum V. & Philippum II. Regem Hisp. in libertatem se armis vendicatis. 3. Respubl. Helvetica, constans XIII. pagis seu provinciis fœdere itidem Symmachico confœderatis, quæ propter insolentiam Præfectorum Austriacorum,

eorum, intolerabile saviensium jugum excussit, seque in libertatem vindicavit. 5. Coeteri Principes & Respublicæ per Italiam; qui hodiè Imperio exempti dicuntur. Hactenus de Exemptitiis.

Imperialium Nobilium Nobilissimus *l. quæris 3. ff. de natal. restit. l. 15. C. de pact.* supremus præfectus & Caput Imperii est Imperator noster Romano-Germanicus, Monarchiam, repræsentans à S. Daniele (c) prædictam, qui non solum omnibus Regibus præcedit, sed etiam omnibus legibus Civilibus solutus est, non autem Naturæ, Gentium & fundamentalibus. (c) Daniel. 2. 57.

Proximum locum habet Rex Rom. qui vivo Imperatore eligitur ab Electoribus Imperii, ut absente vel impedito Imp. perpetuus sit Imperii Vicarius: Eoque defuncto Imperatori succedat. Sequuntur nunc Nobiles Imperiales; illi dicuntur, qui vel sunt Electores vel Status Imperii tantum; (ex Aristotelis scholâ vocantur eodem sensu Cives) Electores aliàs in Aurea Bulla vocantur Palmites Imperiales, Columnæ, quæ sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ pietate sustentant. *A. B. in pr. 5 c. 3. §. 1. membra corporis Imperatoris. c. 24.* Quorum officium præcipuum est Imperatorem vel Regem Roman. certis solennitatibus *in c. 2. A. B.* præscriptis eligere: deinde Cæsareæ Majestati prudentiâ consiliisque suis ad Imperii salutem adstare; quia sunt in partem sollicitudinis constituti, illis jura Majestatica communicata, atque exinde in nostro Imperio mixtam cum reliquis Principibus & statibus Imperii Reipubl. formam h. e. Monarchico-Aristocraticam conficiunt: Electores autem sunt vel Ecclesiastici vel Seculares. Ecclesiasticis Principibus hoc jus & potestas Imp. eligendi competit, non quatenus Ecclesiastici sunt, sed quatenus principatum secularem tenent, non inquam tanquam Archicancellarii (quales ante A. B. erant) sed quatenus Electores & Octoviri sunt.

Ex secularibus duo constituti sunt Vicarii Imperii à Carolo IV. per A. B. in Comitibus Norenberg. qui sunt Elector Palatinus & Saxon. maximâ nempe Prudentia: Hoc enim modo Imperatoria & Regia Rom. sede vacante non justitia debilitatur nec judicia turbantur; quod pristinis temporibus contigit, & quidem post Friderici II. obitum, ubi per 28. annos interregnum.

E

ne

ne dicam Anarchia in Imperio nostro fuit, in quo nullum imperium, funus ipsum & imperii, ut ita loquar, cadaver invenies, in quo extrema pravitas & vesanae libidinis aëstro concitati excusserunt civilia libertatis jura, ut quilibet fuerit sui juris, quilibet pro lubitu sibi propriam & deterrimam vivendi rationem, finxerit: quemadmodum de illo tempore ita scribit quidam: His temporibus arma ubique, Leges verò nusquam dominabantur, quisque occupavit, quantum per vim potuit, ex usuque fuit Principibus nullum habere Imperatorem. His autem Imperii Vicariis certus Imperii tractus commissus est, ut viduato imperio in suo quilibet judicia exerceat; justitia cuique tribuatur; atque ita tranquillitas Reipubl. prudenter introducta.

Quoad Nobiles seu Cives Imperiales, quorum nomine Principes & Status Imperii veniunt, illi plenissime à Gailio 1. obs. 21. n. 2. definiuntur; Quod sint Cives Imperii immediati, superiorem quam Cæsarem non recognoscentes, qui Cæsaris communique Procerum Imperii consensu in matriculam Imperii recepti sunt, eâ lege ut Cæsari de usu Imperii in Comitibus proponenti consiliis & suffragiis adsint, & necessitate occurrente certum censum in albo seu matriculâ expressum, Imperio pensitent, vel subsidium militare præstent. Et sunt vel Ecclesiastici vel seculares: Ecclesiastici Status sunt, Electores, Archiepiscopi, Episcopi, Magistri Teutonicorum Ordinum, Prælati, Abbates: seculares sunt itidem Electores, Archiduces, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Civitates Imperiales.

Inter Electores autem seculares Rex Bohemæ, licet Elector sit, Status tamen Imperii non est. Arumæus de Comit. c. 4. Omnes enim, qui volunt esse Status Imperii, necesse habent, ut sint in matriculam seu album Imperii inscripti, ad Comitibus Imperii vocentur, consilium, sessionem & votum in Comitibus obtineant, & indictiones & collectas Imperio præstent: horum autem prædi-

(d) Cl. Carpz. Etorum requisitorum, ut quis Status Imperii sit, maximum & essentialiale est, ut habeat Jus sessionis & suffragii; ut ita tuto liceat argumentari; Hic vel ille habet Jus sessionis & suffragii in Comitibus, E. est Status Imperii; cum nemo hoc jure utatur, nec admittatur, nisi in Ordinibus Imperii reputetur. (d) Hinc exclu-

ad L. Reg. c. 3. sect. 12. n. 27. 43.
Becker. Syn. Fur. P. lib. 3. §. 5.

excluduntur à Statibus Imperii Nobiles immediati in Franconia,
Suevia & Rhenanis Provinciis, quia hoc essentiali requisito de-
stituuntur: Consentiant Nobilissimus Carpzovius, Limnæus, (e) *Carpz d l.*
Reinking. Josias Noldenus, & multi alii. (e) Nec huc aliquid fa- *n. 17. Limn.*
cit immedietas Carpzov. & Reinking. dd. II. cum & mediatè *VI. Fur. P 3.*
Imperio subjectus possit esse Imperii Status: exemplum habe- *Reink. I. Class.*
ñus vivum in Duce Würtenbergico, qui licet Ducatum suum, ut *4. c. 1 32. Fos.*
Archiducum Austriæ subfeudum, *Affterlehn* possideat, atque ita *Nold. de No-*
mediatè tantum Imperio subjaceat, Status Imperii tamen est. *bil. c. 16. n.*
150.

Perlustratâ etiam Nobilium immediatorum Coronâ per-
venio ad Nobiles mediatos, qui non Imperatori neque Imperio,
sed aliis Principibus & Statibus Imperii immediato subjectionis
nexu devinciuntur, & præstito homagio onera subditorum exhi-
bent; reservatâ tamen Imperatoris & Imperii auctoritate. (f) *(f) Reink. I.*
Class. V. c. 11.

Ex his mediatè Imperio subjectis alii sunt eminentioris, alii
inferioris subselli; Illi sunt milites graduati, Comites, Barones;
hi verò sunt Nobiles simplices & literarii: qui omnes secundum
mores provinciarum vario indigitantur nomine. Quidam &
pleriq; sunt Jurisdictionales homines, quibus in omnibus impe-
ritari potest, & vocantur *Landssassii, weil sie unter dem Lande seyn/*
& parent illius Provinciæ Domino seu Principi: Verum & hi in
quibusdam Provinciis & Præfecturis ratione judiciorum non
conveniunt. Etenim quidam habent judicium in aula Princi-
pis, quo conveniuntur, & quibus Princeps immediatè ipse, aut
per suos Consiliarios ex Cancellaria, ut vocant, imperitat, & hi
vocantur *Schriftsassii, Cansley, oder Schriftsassen:* quidam ve-
rò appellantur & sunt *Ambtsassii, weil sie unter den Ambr sissen/*
qui non immediatè statim coram Principe vel Cancellaria con-
veniuntur, sed subjiciuntur Præfectis & Toparchis *dem Ambrseu-*
ren und Ambrschöffern/ & coram iisdem in prima instantia con-
veniuntur; quibus adfociantur Adfessores; selecti ex subjacen-
tium nobilium numero, *die Ausschuss-Personen/* & coram iis Ad-
fessoribus & Præfectis Causæ Civiles expediuntur & deciduntur:
Causæ autem majoris ponderis, famosæ vel Criminales usque ad
Conventus Circulorum *Kräßß-Tage/* reservantur; in quibus
comparent Supremi Præfecti, Pro-Principes seu Pro Marchiones

Illustres, tanquam Supremi illius provinciae Magistratus, qui à Principe ipso plenipotentiarîâ judicandi vicemque ejus obeundi facultate instructi sunt.

CAP. XI.

De Juribus Nobilium, quæ consistunt in Honoribus, reverentiâ & præsumtionibus.

Dignitas adeò videtur in mortalibus radicata, ut ad substantiam referre possis; læsa enim dignitate læditur ipsa persona, cui inhæret, honor non tributus cui competit, in murmura, duellum & cædem vertitur. Hæc est distinctio personarum, hæc est illa qualitas, quâ tot myriades hominum in ordine continentur: cujus autem fundamentum legitimum est ipsa Virtus, quâ coelo infiguntur homines, quâ astris æquant verticem, quâ sublimi fastigio elati plebis animalcula magnifico supercilio adspicere non dedignantur, ab illis adorantur, admirantur, quâ purpuratas sedes occupant, illisque Jus Proædriæ utrâque manu conceditur. Hoc autem Nobilitatis proprium esse ex sequentibus patebit.

I.

Nobiles in salutationibus, ambulationibus, aliisque id genus prærogativis cæteris inferioris gradus sunt præferendi. *l. 2. § 3. C. de offic. div. jud. l. 1. C. de off. civ. jud. l. 3. §. sedendi c. ubi Senator vel clariss. l. 1. § 2. C. ut dign. ord. serv.* adeò ut nisi fiat, possint implorare officium judicis, & pro defensione honoris vi resistere, manuque armatâ prohibentem rejicere: Secundum mores itaque nationum circumspectendum, quo loco alii respiciunt præferentiam: Inveniuntur enim multiplicis genii homines; Japonii à dextrâ equum conscendunt, inter salutandum pedes aperiunt excusâ crepida, adventu amici subsidunt: Apud Turcas sinistrum latus cohonestat quia gladius ibi portatur, ideoque nobili incumbit Causam Reip. materialem; h. e. populi naturam exactè explorare, ut cum legationis munus subit, suum honorem surripere non admittat.

II. In

II.

In sessionibus & Conventibus publicis Jus Proëdriæ secundum gradus prærogativam regulariter habent, illisque etiam in judicio competens locus est adsignandus. Hujus præminentia in Conciliis, Comitibus, Confessibus & Conventibus publicis multos tumultus & rixas referunt Historici; etiam in Recessibus Imperii inter Principes: Augustæ Vindel. R. I. in f. de anno 500. 30. 48. Noribergæ R. I. de anno 543. &c.

III.

Nobilibus non convenit ire pedes, sed equo vel vehiculo uti debent, (a) idcirco cum ad testimonium vocantur, vel alio modo ab Accusatore ad judicium implorantur, sumtus à parte producentis, & quidem competentes, præstandi sunt in confectum iter vel alias expensas, si non sunt participes criminis, sed ut dixi, ut notitia alicujus criminis seu delicti clarius innotescat. l. ii. c. d. testib. l. eos qui 6. §. 2. in f. c. d. appellat.

(a) Gail. r. obs. 99. n. 40. Tiraq. de Nob. bil. c. 20. n. 77.

IV.

Nobilium Doctoratus, Nuptiæ, Convivia, dies Natalitiæ, Exequiæ, & aliæ feriæ solennes majoribus expensis & solemniori pompâ sunt pertractandæ. b.

(b) Tiraq. de Nobil. c. 20. n. 149.

V.

Nobiles præsumuntur habiles ad omnia præclara Civitatis munera; de illis præsupponitur major virtus, major integritas, fides, constantia. Quæ præsumtio in legem firmè commutata est, ut comperimur ex Aulis Cæsaris, Principum & quâcunque Republ. ut non nisi Nobiles ad suprema officia & Reipublicæ administrationem admittantur. Omnis Hispania & extra eam omnes Provinciæ Hispano subjectæ per Nobiles qui sunt Castellani ex Castiliæ Regno orti gubernantur: Omnes Proreges in Provinciis exeris plerumq; sunt Castellani; omnes etiam Ministri officiales Aulici, apud quos magna potestas & auctoritas est, sunt Castellani: verbo: Omnis Hispaniæ vita dependet à Castellanis Nobilibus. In Galliâ, si non talem, tamen non exiguam, præ ignobilibus habent auctoritatem. In Polonia summam Reipublicæ illis penè adscribes. Veneti ad Regimen & suprema Reipubl. officia non nisi Nobiles adsumunt, nec aliis cre-

E 3

dunt



(c) *Contare-
nus de Rep.
Veneta.*

dunt nervum administrationis, quam suis Patriciis & Gentilibus: licet de Ratione status & tranquillitate domesticâ extraneum, suæ classi, tamen restrictum, præficient Imperatorem (c) Imperium nostrum vides Eminentissimâ Nobilissimarum familiarum Coronâ cingi; ut adeò præsumtio hæc apud plerasq; nationes seu gentes tam altè radicata sit, ut legem imitetur.

VI.

(d) *Tiraq. c. 20
n. 181.*

(e) *Cl. Carpz.
ad L. Rep. c.
20. sect. 1. n. 8.*

(f) *Jos. Nold.
c. 9. n. 79.*

Nobiles censentur fidelissimi: unde non præsumuntur pro- dere Principem: Quapropter Princeps eos sibi Comites adsci- scit, & latus suum Nobilium potius quam ignobilium virtuti submittit. (d) Illi quoq; in intima & secretiora admittuntur con- filia. In Daniâ non modò Cancellarius cunctique ejus Adfesso- res, scribæ quoq; & Ministri omnes ex genere equestri habentur (e) & in quavis fermè Republ. Nobiles Legationis, quia sanctum munus, sustinent. (f)

CAP. XII.

De Juribus & Privilegiis quæ in Causis Civi- libus consistunt.

I.

IN Electionibus & aliis Actibus publicis datâ paritate voto- rum, Nobilium voces præferuntur cæteris. *l. majorem 8. ff. d. part. arg. l. 3. §. 1. l. ob carmen. §. f. ff. d. test.*

II.

(a) *Emericus
à Rosbach.
Prax. Civ.
tit. 23. n. 79.*

In Scriptis, non verbis ad judicium sunt vocandi, (a) secus, quoniam legitimè non citati, in judicio comparere regulariter non tenentur.

III.

(b) *Fritz.
Concl. 22.*

(c) *Emertc. à
Rosbach. tit.
57. n. 13. &
Gail. 1. obf.
201. n. 34.*

In Testimoniis, Depositionibus & arrestationibus magis creditur Nobilibus quàm plebejis; (b) quò enim quis major est, eò magis ipsi creditur. *l. 3. in pr. ff. d. test. l. majorem. §. 1. ff. d. test. l. majorem §. 1. ff. d. part. l. ult. ff. d. off. præf. Hinc in qui- busdam Germaniæ locis Nobiles personaliter comparere non tenentur, sed sufficit, si per scripturam unter ihrer Pitschaften und Handschriften absq; corporali juramento deponant, & de- positio-*

positionem iudicis examini transmittant. (c) quod etiam in Regno Bohemiæ, Archiducatu Austriæ, Bavariâ & aliis locis longa (d) *Gail. d. l. observantiâ receptum est, testante Gailio. (d)* n. 14. & 15.

IV.

Nec solùm in alienis negociis, sed etiam in suis magis creditur Nobilibus quàm plebejis. *l. 2. §. qua omnia Es. antiqua c. d. vet. enucl. l. si furiosi 25. inf. c. d. Nupt.* adeò ut eorum promissa pro debitis, factis & completis habeantur *arg. l. nemo 5. ff. (e) Carpz. Jurisp. For. P. II. Const. 16. def. 1. seq. Gail. II. obs. 59 n. 2. & 6.* *d. in int. restit. & promissio Principum, Illustrium ac Generosarum personarum, facta sub Principali & Generosa fide, bey Fürstl. Gräfl. und Adelligen Ehren und Glauben juramento æquipoleat. (e)*

V.

Licet sit Tutela munus publicum *l. 1. ff. d. muner. & honor. l. 9. ff. d. his qui sunt sui c. pr. Inst. d. Excus. tut.* atque exinde ad hoc etiam inviti sint cogendi. *l. 3. c. d. susp. Tut. 1. in pr. ff. d. admin. tut.* nisi excusationes legitimæ adsint. *tt. Inst. d. Excus. tut. vel Cur.* Nobiles tamen ut milites, tutelam pupillorum ignobilium suscipere, regulariter non tenentur. *l. 12. §. 1. l. à munerib. ff. d. vacat. mun. l. non tantum §. Illiens. ff. d. Excus. (f)* (f) *Tiraq. c. 37 n. 26. & 17.*

VI.

Nobiles pro usu domus & familiæ suæ cerevisiam coquere non prohibentur. (g) Imò & disertis verbis in Electoratu Sax. hoc permissum est Nobilibus. Carpzovius d. l. quod statuendum in terminis domuum Nobilium, nec extendendum contra privilegiatos Cives in Urbibus, quorum proprium cerevisiam coquendi est commercium: atq; exinde annuos redditus solvunt Principi, quo fiscus ditatur: Nobilibus autem in pagis & castris suis absq; speciali privilegio aut præscriptione Cerevisiam vendere, aliudq; perniciosum Urbibus mercimonium exercere non licet: Singuli enim Cives de jure habent fundatum privilegium, ne infra milliare (hoc enim est ipsorum dominium & territorium) circum circa habeatur Vinum vel Cerevisia venalis. (h) *Accedit, quod exprobretur & interdicitur Nobilibus l. 3. c. d. commerc. & mercat. ibi. nobiliores:* Nobiles autem singulariter concessam braxandi vendendique cerevisiam aliis potestatem, exhi-

(g) *Carpzov. Jpr. For. P. II. Const. 6. def. 7.*

(h) *Carpz. c. 30. def. 4.*

exhibere necesse habent, *arg. i. fidejuss. §. pro Aurel. ff. d. fidejuss.*
quod autem Nobilibus competit, pro usu suæ familiæ & domus
simpliciter coquere cerevisiam, hoc non etiam ignobilibus,
qui pagos possident, vel etiam castra, & andbûrger / conceditur, nisi
hoc jus fundo inhæreat, quod probetur, per supra dicta sub *Causa*
Form. de feudis Nobilitantibus.

VII.

Injuria Nobilibus facta gravius punitur, quam quæ facta est
plebejo. *§. 9. Inst. d. injur. l. 7. §. ult. ff. eod. l. aut facta §. 3. ff. d.*
pen. atque hâc ratione injuria levis in atrocem degenerat: quod
etiam obtinet in actione legis Aquiliæ; præcipuè si opera & be-
nè merita in Rempubl. collocata conspicua fuerint, & ille Pa-
triæ maximè profuisset, tunc non solum læsio, quanti fuerit, sed
potius quanti interfuit nostra non esse læsum æstimatur
(i) Lib. 2. de P.P. c. 2. n. 19. *per l. 21. 22. 23. ff. ad L. Aquil. §. illud Inst. eod.* Unde Gaius *(i)*
refert, aliquando milite nobili, utroq; lumine orbato in Camera
Imperiali multa millia pro militaribus officiis, quibus postea
cariturus erat, injurianti per sententiam fuisse adjudicata.

VIII.

Nobili major & opulentior dos constituenda *l. 60. quæro*
l. 69. §. 5. ff. d. jur. dot. & si non sufficiant allodialia, potest secun-
dum dignitatem ad arbitrium domini ex bonis feudalibus do-
tari, sola æquitate ita suadente, adeo, ut & dotatio filiarum,
inter ordinaria feudi onera connumeretur! *(k)* Licet autem Pater
filiam vel neptem necessariò, ut & officio Judicis dotare cogatur
l. 19. d. R. N. l. fin. §. neq; n. c. d. dot. promiss. tamen locuple-
tem, & quæ ex bonis propriis se exhibere potest, necessariò dota-
re non cogitur *arg. l. 22. §. pen. inf. ff. ad sed. Trebell. arg. l. 9. d.*
in rem vers. & ducto argumento à liberis locupletibus, quibus
parentes alimenta præstare non tenentur. *l. ult. §. 5. ibi: si inopia*
ex utrâq; parte vertitur. c. bon. quæ lib. l. 5. §. 7. 10. 13. 15. ff. d.
(m) Strauch. agnosc. & al. lib. (m) Facit, quod cesset ratio Legis 2. *ff. d. jur. dot.*
nimir. Utilitas Reipubl. per matrimonium & *l. 19. ff. d. R. N.*
ratio coactiva: uti & omnes legum hoc in casu rationes cessant,
quæ non primariò media ad matrim. ducentia h. e. dotem;
sed potius matrim. ipsum ineundum, respiciunt.

IX. No.

IX.

Nobiles propter debitum Civ. vel ex causa æris alieni non debent in carcerem induci, habent enim beneficium competentia, ne in solidum conveniantur, sed in quantum facere possunt. (n) Et nobili relinquenda est congrua & sufficiens sustentanda vitæ ratio, ut possit vivere in respectu suæ nobilitatis, ut proinde non cogatur pauperum cibus vesci. (o) An verò alimenta Nobili relinquenda extendantur ad famulos & pedissequas dubitatur: Affirmat Josias Nolden. (p)

(n) Coler. de Process. Execut. c. 6. n. 6. n. 246. seqq.
(o) Tiraq. c. n. 142.
(p) c. 10. n. 98. Et ibi alleg.

X.

Nobilium Creditores non gaudent beneficio juris Prætorii in bonis Nobilium feudalibus, ut ea illis liceat vendere; sed contenti esse debent sequestratione, ut ex fructibus eorum suum consequantur. (q) ratio patet ex ipso hoc de Jure Nobilium discursu.

(q) Gail. r. cbs. 117. n. 5.

CAP. XIII.

De Privilegiis; quæ in Criminalibus & Crimini-
bus Capitalibus locum habent.

Quamvis Jus nostrum in pænis infligendis semper intendat proportionem Arithmeticam, & æqualitatem ratione quantitatis pænarum, ut non alteri major, alteri minor pæna infligatur, sed ut alia persona præ alia nec majori, nec minori afficiatur, & cuilibet delinquenti æqualis delicto imponatur pæna: tamen Justitia cum legem exequitur & in delinquentem animadvertit, ac de pæna personæ applicanda disputat, extrinsecè considerat personarum respectum, & quodammodo proportionem Geometricam utitur. Etenim si eadem in re, in quâ est inæqualitas inter personas æqualiter læderentur personæ, pæna non rectè essent æstimata, sed inæqualiter & malè impositæ: atque ita hoc ipso, quo videtur proportioni Geometricæ esse indulgendum, proportio Arithmetica summo gradu, summo justitiæ cultu adhibetur. Hinc aliter puniuntur servi, aliter liberi; hi lenius, illi durius. l. 1. l. 10. l. 16. §. persona l. 28. §. ult. d. pan. aliter ex iisdem facinoribus

F famo-

famosi, quam integræ famæ homines. *l. 28. §. f. d. pæn.* hinc mitius cum muliere, propter infirmitatem sexus, quam cum viro agitur. *l. 38. §. 1. & 2. l. 39. §. mulierem ff. ad L. Jul. d. adult.* (a)

(a) Wesenb.

Comment. ff. ad tit. d. pæn. n. 8. Hoc itaque procedit etiam in Nobilibus propter inæqualitatem status: aliter enim puniuntur nobiles, aliter ignobiles. *l. pedius. §. 1. ff. d. incend. ruin. naufr. verb. liberos quidem.* Nam ut paulo post ait J Ctus: Omnino ut in cæteris, ita hujusmodi causis & personarum conditione & rerum qualitate pænæ diligenter sunt æstimandæ, ne quid aut durius, aut remissius constitutur, quam causa postulabit. Pæna ead. manet quantitate & omnibus æquè gravis in concreto, tametsi qualitate & in abstracto mitior vel gravior videri possit. (b)

(b) Frantzk.

Comment. ff. d. j. & j. n. 34.

Verum enim verò quæ hæcenus protuli ad defendendam legitimam pænarum mitigationem in Nobilibus, procedunt in delictis arbitrariis incertis & difformibus, in quibus, causâ cognitâ liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. *l. 1. §. 1. ff. d. effract. l. 38. §. qui nondum. ff. d. pæn. l. 15. §. 1. ff. ad sc. Turp. l. 8. d. publ. judic. l. 8. §. 8. ff. d. pæn.* (c) quæ cum pro qualitate personæ mitigari, etiam qualitate admissi ad pœnam capitis extendi possunt. *l. 13. l. 7. §. ult. ff. ad L. Jul. repet. l. 6. ff. ad L. Jul. pecul. l. 9. ff. d. extr. crim.* non etiam in delictis atrocioribus *l. 1. c. si adv. del.* ubi nec minorennitas juvat ad mitigandam pœnam: *l. 7. d. pæn.* & ubi pœna mortis dicitur, tunc enim æqualis pœna nobili & ignobili irrogatur, nisi & in hæc magis Commodum, publicum, quam qualitates personarum respiciuntur. In iis etiam delictis, quæ contra splendorem nobilitatis, alteriusve dignitatis commissa sunt, gravius puniuntur. *l. 14. ff. d. pæn. l. 6. §. qui manus ff. d. re milit.* ubi conspicitur, quod adeò dignitas non excuset à pœna, ut minuat illam, ut potius quo quis est honoratior magis sit dignus, quæ illo aliàs statuta. *§ l. 8. c. d. Episcop. & cler.* ubi delictum gravius fit propter committentis dignitatem & scandalum, quod præbet Episcopus, tantum abest ut sit mitius puniendum, ut potius gravius atrociusq; sit vindicandum. Quod si igitur illi nullo habito suæ dignitatis respectu & post habitis omnibus Politicis rationibus in graviora facinora erumpant, nisi etiam exemplariter puniantur, Resp. contagione pestilentissimâ afficeretur. Etenim

(c) Gail. 1. Obs. 39. n. 1. Tiraq. d. pæn. temp. caus. 31. n. 1.

Regis

Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

Et licet delictum in se consideratum non sit ita gravius, quo graviori poena dignum, tamen exaggeratur propter violatam a Principe concessam dignitatem, qui inultum fidei illis attribuens, gravi contemptu relinquitur, tum etiam propter multas consequentias evitandas, atque ita Justitiæ & Saluti publicæ consulitur. Hunc quoque in modum exasperatur poena in Nobilibus, ut in proditionibus, in Crimine falsi, in Crimine læsæ Majestatis & omnibus perfidiæ delictis graviori poena sint affiendi. *d. l. 8. C. de Episcop. & Cler. l. 14. ff. de pæn. arg. l. decuriones. C. de quest.* (u) nihil enim contrariatur magis nobilitati, quam proditio & perfidia. *l. ult. C. ex quib. ca. inf.* nihil monstrosius huic dignitati, quam fidem frangere, atque ita quo major in Principem est obligatio & fides, eò severior fidei violatæ vindicta imponitur. *arg. l. un. inf. C. de conduct. & proc. d. l. 8. de Episc. & Cler.*

Quæ è contra Privilegia in Criminalibus & poenis temperandis, propter nobilitatis dignitatem nobilibus quæ talibus competunt, præcipua sequentibus tradam:

I.

Constat ex Jure, quod Procurator in Criminalibus non admittatur. *l. pen. §. 1. ff. de publ. jud.* (vv) cum sistere se debeat in judicio & actor & reus. *l. pen. in fin. de publ. jud. l. ult. C. de injur.* ut cum testibus componatur & ex ore ejusque vultu veritas eruatur. (x) Deinde etiam ne sententia judicis esset frustranea: condemnato enim procuratore, sententia non possit suum jus consequi, cum poena suos debeat tenere autores *l. 22. C. de pæn.* Procurator autem non sit principalis reus, & sic crimina impunita manerent, quod exemplo perniciosum est. *l. bona fides. ff. de pos.* Excipiuntur tamen personæ Illustres & Nobiles, qui in Causis famosis & criminalibus per Procuratorem in judicio possunt agere. *l. ult. C. de injur. l. 15. C. de accus.* qui in crimen subscribunt, & condemnatio fertur in eorum personam. *l. f. C. de judic.* (y)

II.

In Criminalibus satisfatione non onerantur, sed juratoria cautio ab iis exigitur. *Nov. 52. & 12. l. pen. C. de dignit.* (z) quamvis à Praxi hodiè recessum esse scribat Josias Nolden. (a)

(vv) Magnif. Dn. Struv.

Synt. J. Exerc. VII. th. 32.

(x) Zaf. comm. ff. ad tit. de Procurat. n. 3

(y) Dn. Struv. Synt. J. C. th. 33. Exerc. VII.

Zaf. Comm. ff. ad tit. de Procur. n. 4

(z) Wesenb. Comm. ff. de custod. reor. n. 5.

(a) Jos. Nold. c. 19. n. 51.

III.

Nobiles Cruciatibus & torturis non sunt subjiciendi. l. 4. C. ad L. Jul. Maj. arg. l. 33. C. de Decur. l. 10. C. de dignit. l. 3. S. 1. de

(b) Wesenb. re milit. l. 8. C. de quest. Quod de Consuetudine in contrarium trahit Jos. Nolden. c. 32. n. 103. (b) In quibusdam autem causis veniam non merentur à tortura, nec Privilegia eorum admittuntur, ut in causa Majestatis l. 4. C. ad L. Jul. Majest. l. 31. C. de

(c) vid. Jesh. Episc. & Cler. in Crimine proditionis l. 7. l. 3. S. 10 qui. ff. de re milit. Sodomix, furti, veneficii & Crimine falsi. (c)

Nold. c. 12. n. 104.

IV.

Nobiles flagellis non cadantur, & talis poena tanquam ignominiosa & tantum plebejis propria, à Nobilibus aliena esse debet. c. pastoralis in f. pr. de off. deleg. (d)

(d) Fritz. Concl. 151.

V.

Ad triremes (auf die Galleen) quæ poena in locum deportationis antiquæ & damnationis in metallum successit, (e) hodieque usitata est in quibusdam Italiae locis præcipue Insulis, Sardinia, & Sicilia &c. ad Triremes inquam non facile damnandi sunt nobiles.

(e) Wesenb. Comm. ff. ad L. Corn. de Sicar. n. 18. & ad tit. de quest. n. 5.

VI.

Manus ipsis, propterea quod alios in viis insultarunt, non est amputanda, (f) ob favorem sc. militiae, quod manibus defectis non amplius sint idonei Reipubl. cum hostibus decertandis &c. sed vel alia poena arbitraria sunt affiendi Et ita refert Colerus Noltrates Jctos in casu contra Henricum ab Erdorff re-

(f) Berlich. P. IV. Pract. concl. 20 n. 24.

spondisse. (g) Contrarium tamen Scabinos Lipsiens. Mens. Septemb. anno 1584. pronunciaffe & cuid. nobili secundum Jus Sax. etiam amputationem manus adjudicasse scribit Berlich. d. l.

(g) Coler. P. 1. Decis. 155. n. 18. & seqq.

VII.

In Latuniis vel vinculis subterraneis propter delicta non sunt detinendi, sed in eminentiori loco, in Civitate, in Curia sub custodia militum sunt detinendi, maxime si nondum sunt convicti. (h)

(h) Tirag. de Nobil. c. 20. n. 30. seqq. Coler. Proc. Exec. P. II. s. 3 n. 169.

VIII.

Nobiles in poenis corporalibus mitius puniuntur l. 16. S. persona. ff. de poen. l. sacrilegii in pr. & S. 1. ff. ad L. Jul. pecul. l. pe-dius & l. f. ff. ad L. Corn. de Sicar.

(s) 17. n. 91.3

IX.

IX.

In Pecuniariis verò gravius puniuntur. *l. 2. c. ut nem. priv. (i) Gail. II.*
 (l) Pœnæ enim scopus est, ut delinquense mendantur, & alii metu *cbf. 110. n. 450.*
 pœnæ absterreantur. Pœna autem pecuniaria, ni magna sit, cum
 indivitem cadat, floccipenditur; & divites ad delinquendum ul-
 terius inflammantur, cum sciunt tam levi bonorum suorum ja-
 cturâ posse delicta expiare, ideo cum Nobiles præsumuntur a-
 bundantibus fortunæ bonis instructos esse, Principem seu Magi-
 stratum id incumbere comperimus, quomodo in pœnis pecunia-
 riis infligendis inter plebejos & nobiles proportionem observet,
 & ut possit in alterum Nobilis sangvinem h. e. bona virtualiter
 animadvertere, & nobilibus hirudinem legitimam & penetran-
 tem imponere, quò pœnarum primarium finem assequi valeat, ip-
 seq; suam honorariam & sanctam auctoritatem servet.

X. Plebejæ conditionis homines, cum pœnâ pecuniariâ affici-
 untur, si non solvendo sunt, corporaliter puniuntur, juxta tritum
 illud, qui non habet in ære, luat in corpore, vel secundum Cassio-
 dorum reddat debitum pœnis, quod non potest compensare pe-
 cuniis. *Matth. 18. v. 25. l. 35. ff. d. injur. l. 1. §. ff. de pœn. l. f. ff. d.*
in jus voc. l. 7. §. 3. d. juris d. l. 4. §. quod si c. d. serv. fugit. & c.
 De hoc Quæritur: Anne procedat in Nobilibus & personis
 egregiis? Quæ Quæstio ab utrâque parte disputatur. Nos à
 partibus eorum stamus, qui negant per *l. 42. ff. d. pœn. l. 56. & 20.*
d. R. I. Et statuimus, quod hâc in parte non subjiciantur Nobiles
 pœnæ corporis afflictivæ: Nam quotiescunq; ex Legis permis-
 su pœna in aliam & diversam commutanda venit, non in gravio-
 rem, sed æqualem vel etiam mitiorem converti debeat. In no-
 bili autem persona qualibet pœna corporis afflictiva vel etiam
 minima, propter suam dignitatem gravior est quâlib. etiâ ma-
 ximâ pœna pecuniaria. *l. 10. in f. ff. d. pœn.* atque hinc propor-
 tio Arithmetica in pœnarum irrogatione adhibenda est. (l) Ac-
 licet Nobilis non afficiatur pœnâ corporis, potest tamen tali affi-
 ci, quæ pœna pecuniaria non sit gravior. (m)

XI.

Propter furtum vel aliud grande crimen, suspendio dignum,
 Nobiles laquei supplicio non sunt plectendi. *arg. l. 9. §. ista ferè*

(l) *Dn. Strub.*
Exerc. I. th.
31. 32.
 (m) *Har-*
precht. ad §.
10. Inst. de
Injur. n. 38.

(n) *Tiraq. do 11. ff. d. pæn.* Poena enim laquei est ignominiosissima, vilissima
Nobil. c. 20. ac fædissima omnium poenarum. (n) & informis lethi laqueum
20. 110. invenerunt homines, feræ nesciunt. (o) Informe appellatur, quon-
 (o) *Joseph. à* in Pontificalibus libris cautum erat, ut qui laqueo vitam finivif-
Aegypt. lib. set, insepultus abjiceretur, quod ea mors esset infamosissima, te-
 stante Servio. Poena a. hæc primario intendit tranquillitatem,
 & salutem publicam, Justitiæ promotionem, & deinde damnum
 proximi resarciendum: & introducta est ad castigandum &
 extirpandum è Rep. furtum crimen aliàs frequentissimum: nec
 quis hanc poenam, tanquam atrocioris delicto æstimabit, quasi
 acerbior foret pro bonis subreptis vitam adimere, quæ superio-
 ris est ordinis & multo dignior: Respiciamus modò criminis
 frequentiam & Reipubl. turbationem, proximi dolosam bono-
 rum subreptionem atq; exinde enormem læsionem, & conclude-
 mus, quod non solum Pacis publicæ turbatores. *l. 16. §. miles ff.*
 (p) *Zaf. Comm d. re milit.* capitali poenâ erint affiendi, sed etiam læsio proximi
ff. de furt. 7. severissimè sit vendicanda. (p) Verùm quoad Nobiles quem-
 admodum illi per hæcenus dicta in poenis corporalibus mitius
 puniuntur. *l. aut facta. §. persona ff. d. pæn.* flagellis vel fustibus
 non cæduntur. *l. §. c. ex quib. ca. inf.* ita quoque laquei supplicio
 non subjacent. *per l. 9. §. ista. 11. ff. d. pæn. l. 3. §. 1. ff. d. re milit.*
 (q) *Tiraq. c.* Sed potius sunt decapitandi, vel alia poena non tam ignominosa
20. n. 111. affiendi. (q) nisi in Crimine proditoris deprehensi fuerint,
Math. Steph. per supra dicta. quo casu etiam suspenduntur in Gallia. (r) In
de jurisd. lib. Anglia illustres & Nobiles ex speciali Regis gratia securi per-
2. P. r. c. 7. cutiuntur & decapitantur, quod etiam apud Italos, Hispanos,
m. 2. n. 88. Karbonenses & Aquitanos in usu esse refert Bodinus. d. l. ubi
 (r) *Bodinus* quoq; adjicit; Belgas, Nobilium jugulum gladio, pecudum in-
Fl. de Rep. 6. morem, haurire consueviffe. Apud Turcas olim consueta fuit
 strangulatio fratrum imperatoris. Ratio erat propter Imperium
 Turcicum ejusq; statû conservandum, à qua tamen immuni bar-
 barie hodiè recesserunt ab annis præter propter 40. nam si per-
 rexissent, extincta fuisset Ottomannica familia notante Conrin-
 gio. (s)

XII.
 Priusquam Cymba mea arenam, ut spero, felicem oscule-
 tur

tur, expedienda restat quæstio à Ddruū opinionibus satis defati-
gata: An Nobiles suæ nobilitatis privilegiis renunciare possint?
Pernegant Gomez. tom. 2. var. resolut. c. 11. n. 54. & multi alii
quos vide apud Josiam Noldenum. (t) Eorum præcipuum ar- (u) c. 12. n. 118
gumentum est, quod jura sanguinis nec, renunciatione nec ullâ
Lege humana tolli possint. l. jura sanguinis 8. ff. d. R. 7. Ve-
rum, non intellecta ab illis, Lex illa ad nervum oppositionum ad-
ducta. Jura enim sanguinis heic non intelliguntur privilegia, per
Nobilitatem mediante sanguine translata ad posteros, sed jura
sanguinis in hâc lege nihil aliud sunt, quam cognationis & proxi-
mitatis jura l. 23. & l. 2. ff. und. cogn. quæ quia naturalia sunt, nul-
lo jure Civ. dirimi possunt. l. 10. §. 4. ff. d. grad. & adfir. ea enim
quæ juris naturalis sunt à jure Civ. mutari nequeunt. s. f. just. d.
legit. agn. tut. & §. pœn. just. d. I. N. G. & c. (u) atque ita diffi- (u) Ludbel.
pata est eorum objectio, & negantium opinio. Nos cum mo- Comment, ad
ratoribus affirmativam amplectimur sententiam, per Regulam, d. l. 8. de R. 7.
quod quilibet renunciare possit his, quæ in sui favorem introdu-
cta & concessa sunt. l. pen. c. d. pact. l. 46. ff. eod. l. 41. ff. d. minor.
l. 51. c. d. Episcop. & cler. & qui semel jus suum remiserit, non re-
dire possit ad juris pristini beneficium. l. 1. §. qui semel. ff. d. suc-
cess. edict. l. 31. ff. d. part. l. 14. §. 9. ff. d. edil. Edict.

S. D. G.

Ingenitum genitum, virtus heroica Prin-
ceps

Virtutum nomen tollit ad astra tuum.

*Nobilis es verus, specimen qui nobile mon-
stras,*

Nobilis ingenii messis abundè venit.

Præximo atque Literatissimo

Dn. Respondenti, Amico

suo dilectissimo, adponeb.

PRÆSES.


... expedienda restat questio 4. De iuri opinionibus laici desit.
gata : An Nobiles sine nobilitate privilegia renunciare possint?
Bernardus Gomarus. ... a. m. r. e. & multi ali
quos videantur. (c) Forum primum ac
gumantur est, quod non habent nec renunciatione nec illi
Iure humana tolli possunt. R. A. R. V. Ve.
... intellectus ab illis. Ex illa ad nervum opinionum ad-
huc. ... privilegia per
Nobilitate a nobilitate renunciantur ad posterum, sed iura
linguis in hac le. ... cognationis & pro-
mittis iura. ... quod naturalis sunt
Iuris Civ. dicitur possunt. ... a. m. r. e. & multi ali
quos videantur. (d) Forum primum ac
gumantur est, quod non habent nec renunciatione nec illi
Iure humana tolli possunt. R. A. R. V. Ve.
... intellectus ab illis. Ex illa ad nervum opinionum ad-
huc. ... privilegia per
Nobilitate a nobilitate renunciantur ad posterum, sed iura
linguis in hac le. ... cognationis & pro-
mittis iura. ... quod naturalis sunt


(d) Forum
Gomarus, ad
d. l. 1. de R. J.

Nobilitas ex curia spectatur qui nobilitate mor-
Nobilitas ex curia spectatur qui nobilitate mor-
Nobilitas ex curia spectatur qui nobilitate mor-
Proximo adque Illustrissimo
Dn. Respondenti Amico
Illustrissimo, respondens.

PRÆSES







153444

AB: 153444


ULB Halle 3
004 364 589




TA-206
W.A. J. J. J.

Vb 17







ADSPIRANTE SS. TRIADIS LUMINE,
MAGNIFICO JCTORUM IN ILLUSTRIS-
SIMA PROPE SALAM ACADEMIA ORDINE
INDULGENTE,
PRÆSIDE

VIRO
PRÆ-NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
CONSULTISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO
DN. ERNESTO FRIDERICO
Schrötern/Hæreditario in Wickerstädt/ Jcto
& Antecessore Famigeratissimo, Consiliario Saxonico
Eminentissimo, Curia Provincialis, Facultatis Juridicæ
atque Scabinatus Adessore gravissimo,

Patrono & Doctore suo sanctè devenerando,
DISCURSUM JURIDICO - POLITICUM
DE
CIVILI NOBILIVM

STATU, EORUMQUE JURI-
BUS AC PRIVILEGIIS
publicæ ERUDITORUM Censuræ

submittit
CHRISTIANUS Widemann,
Gorlitio - Lusatus.

AUTOR.

M. April. A. O. R. M. DC. LXVII.
In Fano Themidi consecrato.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISL.